# Sequuntur tituli digeſti noui et li. xxxix. ff. toꝝ.

## De noui operis nuncitiatione:

Glo. rubricꝭ. querit Quia ſeptem ſunt
ꝑtes ff. toꝝ. ⁊ ſexta incipit ſ. de bono. poſ
ſeſſio. ſeptima. ꝭ. de ꝟ. ob. Quare hoc vo/
lumen nō incipit in principio alicuius
ꝑtis Reſpondetur ſm glo. et lati⁹ bar.
hic ꝗ ſicut iudex in iudicio familie her/
ciſcunde nō facit diꝫaz vel ſeꝑationem
coniūctaꝝ ꝑſonaꝝ vt. C. coīa vtriuſq
iudi. l. pe. ita hic doc. qui fecerūt iſtā di/
uiſionē voluminū noluerunt incipe vo
lumen in titulo de bono. poſſeſſi. ꝗ no/
luerunt ſeꝑare illū tractatū a materijs
inforciati quia eis fraterniſat. Item in
titu. de ver. obli. nō incipit ꝗ nimis pa
rum remaneret de hoc volumine vnde
ꝓpter incōmodā diuiſionē iſta ꝑs eſt di
uiſa. Et pars attributa inforciato et ꝑs
huic volumini arg. ſ. fami. herciſ. l. añp.
vi. gl. rubrice. Scd̄o quero Quare iſtud
volumen appellatur ff. tū nouū Reſpon
deo qñq; appellat nouū. i. vltimū vt in. l
vnica in. §. in nouiſſimo. C. de cadu. tol.
len. et. l. nouiſſima. ꝭ. iudi. ſol. et. l. nouiſſi
me ſ. quod fal. tu. vt ergo tria ſūt volu/
mina iſtud eſt vltimū Scd̄o mō appella
tur nouū a pmo titulo ſicut quedā int/
dicta appellant a pma ꝑte ſui vt ī int. di/
cto quod vi aut clā Ita hic quia tracta
tur de nouo oꝑe appellatur. ff. tū nouum
Tertio mō ꝑt dici nouū ſcʒ eo quia no
uū qñq; appellat iniquū vt in. l. i. in pn.
ſ. qd̄ quiſq; iuris et ideo hic dicit nouū
id eſt iniquū puniens iniq. Scd̄ʒ bar. h
in rubrica ſic continuat Qualiter de iu
re pretorio ſubueniat alicui non ratiōe
cōtractus ſed rōne vltime voluntatis
tacite vel expreſſe dictū eſt ſ. de bo. poſ.
vſq; in fi. ſequitur vt videamus qualit
ꝑtor ſuū tribuat auxiliū circa ea que in
ter viuos fiūt non in contractibus vel
maleficijs vel q̄ſi de quibus dictū eſt ſ.
de edil. edic. et de nego. geſtis et de no/
xa. et in titu. nau. cau. ſta. et ti. de his q̄
deie. vel effu. ſed extra oīa ea puta fit a/
liquod nouū opus et quia pretoris au/
xiliū ꝑ nūciationē ſuꝑ nouo oꝑe factaꝫ
cōpetit Iō de no. opi. nū. deſpiciamus
Dicitur aūt facere nouū opus q̄ aut e/
dificando aut detrahendo aliquid pri/
ſtinā faciem oꝑis mutat. l. i. §. opus. ꝭ. eo.
ſecus ſi facies nō mutatur vt ſi quis e/
dificiū vetus fulciat. d. l. i. §. ſi quis Et ꝑt
nunciare nouū opus q̄ hʒ aliqd̄ ius pro
hibendi. d. l. i. §. nūciatio et ſic fit aut iu/
ris nr̄i conſeruādi cauſa aut damni de/
pellendi aut publici iuris tuendi gr̄a. d
§. nūciatio Et fit nūciatio oībus q̄cūq;
ſunt in re ipa. ꝭ. e. l. de pupillo. §. nunciati
onē id eſt eo loco vbi op⁹ nouū fiat ſi/
ue quis edificet ſiue inchoat edificare
vt ibi. Et hoc edictū de no. oꝑi. nū. non
oīa oꝑa ꝯplectitur ſed ea ſola q̄ ſolo cō
iuncta ſunt quoꝝ edificatio vel demoli
cio videtur op⁹ nouū cōtinere Ideo ſi
quis meſſem faciat arborē ſuccidat vi/
neaꝫ putet q̄nq; opus faciat hoc edictū
nō habebit locum. ꝭ. eo. l. i. §. hoc aūt edi/
ctum nō oīa Et eſt inductū remedium
huius nūciatiōis aduerſus futura oꝑa
nō ꝑterita. d. l. i. §. i. niſi tn̄ quis vi fecerit
edificiū et poſt ꝓhibitionē Et eſt effe/
ctus nūciationis vt deſtruat qd̄ eſt fa/
ctuꝫ p⁹ nūciationē vt. ꝭ. e. l. pretor in pn.
ſiue iure edificatū eſt ſiue nō iure. l. i. ꝭ. e
in prin. et de alijs effectib⁹ hui⁹ nuncia
tionis vide in. d. l. i. §. et poſt oper. l. et. §.
in oꝑis et in. l. de pupillo. §. meminiſſe. ꝭ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eo.ſed quis ſatiſdederit vel per eũ non
ſteterit quo min⁹ de ope demoliendo ſi
appeat eũ ñ iure edificaſſe tũc nõ proce
dit iſte effectus quia ſi tũc appeat eũ be
ne et iure edificaſſe non debet ante oĩa
opus demoliri.l.ꝓtor.§.deiñ.ꝟ.eo. Idem
etiã ſi denũciatio fuerit remiſſa ꝑ minã
tem vt ptz ꝟ.de remiſſio.ꝑ totũ et p̄t fi/
eri nunciatio nudis verbis vel etiam
ꝑ iactum lapilli vt ſi quis proijciat la/
pidem dicendo nuncio tibi nouũ opus
De diuerſo aũt effectu nunciatiõis qñ
fit ꝟbis tm̃ vel iactu lapilli et de mate/
ria vide bonã glo.in.c.i.eẽ eo.

## De damno infecto et de ſubgrundis et protectis.

Glo.rubrice continuat Qualiter aduer
ſus futura opa caueat̃ dixit nũc aduer/
ſus preterita ruinã minantia et quia in
ſubgrũdis et protectis plerũqꝫ hec faci
unt de his ſpecialit̃ dicit Et q̃ hec ſint
habes.ꝟ.de ꝟ.ſig.l.malũ.§.i. Subgrunde
dicunt̃ ſũmitates edificioꝝ vt dicit gl.
in.d.§.i. ſed ꝓtectũ eſt qḋ ita ꝓducitur
vt et nuſqꝫ requieſcit q̃lia ſũt menia.d.
§.i.et de illis nõ tractatur hic niſi aliq̃d
in.l.pe.ꝟ.e.ſed plene de dãno infecto vñ
eſt dãnũ infectũ damnũ nõdũ factũ ſed
quod futuruz veremur.l.ij.ꝟ.e. Et dici/
tur damnũ et dãnatio a dẽptiõe et q̃ſi
diminutione patrimonij.l.iij.ꝟ.e. ſed ſm
ſpe.de no.opi.nun. in tractatu libelloꝝ
§.nũc dicamus dõm ſi edificiũ alicuius
ruinam minat̃ edificio vel predio alte/
rius vicini tũc eni edificij iſtius vel p̄/
dij dñs a dño edificij ruinã minãtis pe/
tere p̄t q̃ ſibi caueatur noĩe damni infe
cti.i.damni nõdũ facti quod tamen ti/
metur vt ſi contingat ſibi dari damnum
ille cuius eſt edificiũ ruinoſum reſarci/
at Et vide.§.hoc aũt iudiciũ in.l.iiij.ꝟ.e
et ibi bar. qui tractat an et qñ iudex p̄t
impt̃iri ſuũ officiũ nõ requiſitus ⁊ an re
quiſitus teneatur ſuũ officiũ impt̃iri vi
de in.l.int̃ quos.ꝟ.e.q̃ ponit illos qui te
nent̃ cauere de damno infecto Et q̃bus
dꝫ caueri dic q̃ dñis vicinaꝝ edium.l.
plures.ꝟ.e. Et dat̃ actio dãni infecti ad
damni reſtitutionez qḋ contingit vicio
ſoli vel opis vel vtriuſqꝫ.l.fluminũ.§.fi.
et.l.trebati⁹.ꝟ.e.et cõtinebit hec ſtipula
tio totũ intereſſe vicini.l.in hanc ſtipu/
lationẽ et.l.ſed ſi conducere et.l. damni
Item ſi quis cuius domus ruinam mi/
natur nõ velit cauere dꝫ ille qui petit
cautionem mitti in poſſeſſionem dom⁹
l.in ſtipulatione et.l.ſi finita.§.ex h̄ edi/
cto.ꝟ.e.vbi vide lati⁹ Et vide bar.in.l.i
ꝟ.e.vbi tractat que ciuitates hñt meruz
et mixtuz impiũ et dicit q̃ vniuerſitas
larga q̃ ſcꝫ facit ꝓuinciã habꝫ meruz ⁊
mixtũ impiũ ſed ciuitates nõ.fallit in ci
uitate rhomana et in quibuſdã ciuitati
bus italie quib⁹ eſt hoc cõceſſũ ꝑ conſti
tutionẽ frederici de pace cõſtantie Alie
ciuitates nõ hñt niſi ꝑ p̄uilegiũ vel cõ/
ſuetudinẽ vel de facto vſurpãt vt ibi ꝑ
eum.

## De aqua pluuia arcenda.

Dictum eſt ſ̄ de damno infecto quod ti
met̃ futuꝝ ꝓpter ruinã ſequit̃ vt vide/
am⁹ de dãno infecto qḋ timet̃ futuꝝ ꝓ/
pter aquã pluuiã Glo.rubrice exponit
de aqua pluuia.i. aqua pluuiali Et dic̃
glo.rubrice q̃ q̃dam hñt in rubrica de
aqua et aq̃ pluuiali arcẽda Sic eĩ Ro.
ſcripſit.ꝟ.e.l.ſi p̄us in prin.et.§.recte pla/
cuit vbi tractat̃ de alia aqua q̃ꝫ pluuia/
li ⁊ tractat̃ ibi de aqua nõ pluuiali arcẽ
da qñ et q̃bus et a q̃bus et q̃liter ſit cõ
cedẽda de quo in.d.l. ſi prius vſqꝫ in fi.
et.l.in concedendo Eſt aũt aqua pluuia
que de celo cadit atqꝫ imbre excreſcit ſi
ue ꝑ ſe hec aqua celeſtis noceat ſiue cũ
alia mixta ſit.l.i.§.i.ꝟ.e. Et hꝫ locũ actio
de aqua pluuia arcẽda cũ quis in ſuo fa
cit opus ꝓpter qḋ aq̃ pluuialis nocẽ p̄t
agro vicino. Et dat̃ contra eũ qui fecit



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

opus in ſuo.l.apud trebaciū.§.pe.ꝭ.e. et
ei datur cuꝰ agro nocuit.l.ſi tertiꝰ.ꝭ.e.
§.i.et vi.l.in ſūma in §.idē abeo.ꝭ.e. vbi
vide glo.in verbo audierit ꝙ nō valet
teſtamentū de auditu auditꝰ ſeu de au/
ditu alieno.

## De publicanis et vectigalibus ⁊ commiſſis.

Glo.rubꝛice cōtinuat.¦Dictū eſt in duo
bus p̄cedentibus titulis q̄liter aduerſꝰ
futura dāna ꝓuidet.nūc q̄lit aduerſus
dāna et illicitas extoꝛſiones factas a pu
blicaīs Sūt āt publicani q̄ publico fru/
unt nā in nomē hn̄t ſiue fiſco vectigal
p̄edāt.i.tāq̄ ꝓcuratoꝛes colligāt vl'tri
butū ꝯſequāt iure ꝓꝑio et ad ſuū ꝯmo/
dū. et omnes q̄ qd a fiſco cōducūt recte
appellant publicani.l.i.§.hic titulꝰ.ꝭ.eo.
vbi vide glo.in v̄bo nomē q̄ dicit ꝙ in
de matheus fuit dictꝰ publicanꝰ Alias
dr̄ publicanus.i.publice peccans.et q̄li
ter punit audacia publicani vl' familie
eius ſi plus debito exigant noīe vecti/
galis vi.in.l.i.ꝭ.e.vbi puniunt in duplū
Eſt aūt vectigal qḋ preſtat ex his rebꝰ
que vehunt et in etiā ſ ipſit nomē ſcʒ
tributū vel ānona vel publica penſita/
tio ſeu functio rōne ſoli preſtat a poſſi/
dentibꝰ Ideoq̄ dr̄ cenſus vi.glo. in v̄/
bo pendāt in.d.l.i.§.hic titulꝰ de his et
ꝑ q̄bꝰ cauſ res cadit in ꝯmiſſū vi.C.e.
et qḋ ibi dixi. Itē q̄ vectigal quod etiā
apḋ nos appellat teloneū nō ſoluit ſʒ
ſupp̄mit ⁊ occultat merces quaꝝ eſt ve
ctigal preſtādū ſtatim fit cōmiſſio oīm
reꝝ.i.in penā res oēs ſūt applicate fiſco
nam ex fraudati vectigal' crimine tota
merx fiſco cōmittit et in penā ſibi cedit
et qḋ cōmiſſū eſt ſtatim deſinit eē eiꝰ q̄
crimen cōmiſit et cōpetit etiā ꝯ eiꝰ he/
redē cōmiſſi ꝓſecutio quā hʒ fiſcus.l.cō
miſſa et.l.fraudati.ꝭ.e. Et dʒ regulariter
preſtari vectigal pro q̄libʒ re que vehit
de vna ciuitate in aliā.fallit in caſibꝰ de
quo vide glo.in.l.ſi publicanꝰ.ꝭ.e. Et dʒ
noīe vectigalis preſtari octaua portio
eius mercedis que vehitur.l. vniuerſi
et.l.ex preſtatione.C. de vectiga.et cō/
miſ. Et p̄t ſolꝰ īpatoꝛ imponē vectigal
vel.l.vectigalia.ꝭ.e. Idem rex papa vel
conſiliū generale.c. innouamꝰ de cenſi.
ciuitas tn̄ p̄t īponere vt ſolos ciues a/
ſtringat ꝑ.l.i.§.q̄ꝝ ſ qḋ cuiꝰ q̄ vniuerſi.
no.

## De donationibus:

Gl.rub.cōtinuat De vectigalibꝰ nō ſo
lutis cōcedente publicano vt aſſolʒ do
nādo explicatū eſt et ea occaſione gene
raliter de donatio.ſubijcit Gl.alit con
tinuat vi.eam Et eſt donatio ꝓꝑie de
q̄ hic liberalitas quedā q̄ nullo iure co
gente cōcedit.l.donare.ꝭ. de regu.iuris
⁊.l.donari.ꝭ.e.de matēia vi.qḋ dixi.C.e.

## De moꝛtis cauſa donationibus et capionibus.

Glo.rub.ꝯtinuat Dixit de donationibꝰ
int vivos nūc de ea q̄ fit cauſa moꝛtis
Eſt aūt moꝛtis cauſa donatio cū qs hic
ſe vult magis q̄ eū cui donat magis q̄
eū cui donat q̄ heredē ſuū.l.i.ꝭ.eo.et in
effectu dr̄ moꝛtis cā donatio qn̄cūq̄ in
donatiōe hr̄ mētio vel ſuſpicio moꝛtis
Moꝛtis āt cā capimꝰ nō ſolū cū qs ſue
moꝛtis cauſa donet nobis ſʒ etiā ſi ꝓpt
alteriꝰ moꝛtē id efficiat veluti ſi quis
filio vel fratre moriēte donet meuio ea
cōditiōe ſi ꝯualuerit is cuꝰ intuitu do
nat reddat ſibi res .ſi deceſſerit maneat
apud meuiū nā q̄cquid ꝓpt alteriꝰ moꝛ
tē nobis obuenit moꝛtis cauſa capitur
et pn̄t oēs moꝛtis cā cape q̄ legata acci
ꝑe pn̄t.l.moꝛtis cā capit et.l. oībꝰ.ꝭ.e.

# Incipit liber xl.

## De manumiſſionibus:

Gl.rub. cōtinuat Dixit de relictis pe/
cuniarijs a libꝛo de teſtamentis vſq̄ ad
libꝝ.ſupioꝛē.nūc de libtatibꝰ p̄mittens

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

titulū generalē. Eſt ā̄t manumiſſio do/
natio libertatis Nā q̄diu quis in ſer/
uitute eſt manui et ptāti ſuppoſitsu eſt
et manumiſſus eſt liberatus a dn̄i ptāte
inſtitu.de liber.in prin.

## De manumiſſis vindicta:

Sic cōtinuat̄ Dictū eſt in genē de ma/
numiſſionib⁹ ſequit̄ vidē in ſpē vi.qꝺ
dixi.C.de vindic.liber. et apꝺ cōſi.ma.

## De manumiſſionib⁹ q̄ ſeruis ad vniuerſitatē ptinētib⁹ imponūt̄.

Vide.l.i.ꝟ.e. ꝙ oib⁹ collegijs qb⁹ ē ius
contrahendi licz manumittere vn̄ hi le
gitimā hēditatē ſui vēdicabūt .l.ij.ꝟ.e.

## De manumiſſis teſtamento.

Vide quod dixi.C.de teſtamentaria
manumiſſio.

## De fideicōmiſſarijs libertatibus.

Dic vt dixi.C.co.titu.

## De ademptione libertatis.

Dictū eſt ſ̄ qualit̄ libertates dant̄.nūc
videndū qualiter date adimunt̄ Hic eſt
l.vnica que dicit ꝙ cū libertas adimit̄
lege.Aut ꝓ nō data haberi dz Aut cer
te pinde obſeruari acſi poſtea a teſtatoꝛē
adempta eſſet Adimit̄ āt lege libertas
cū ſeru⁹ eſt accuſatus de adulterio cum
dn̄a ſua ſꝫ gl.in.d.l.vnica q̄ ponit alios
caſus quib⁹ lege adimit̄ libertas vi.eā.

## De ſtatuliberis.

Glo.rub.continuat Dictū eſt generalit̄
de libertatib⁹.nūc ſpecialiter de his ſcꝫ
libertatib⁹ que in tempus vel ſub con/
ditione differunt̄. Eſt aūt ſtatuliber q̄
ſtatutā et deſtinatā in temp⁹ vel in con
ditionē hꝫ libertatē.l.i.ꝟ.e. vbi glo.poīe
exēplū ſi ſit relicta libertas ſi nauis ex
aſia venerit vel ſub alia quelibꝫ ſitī.pen
dente eni conditione dī ſtatuliber.

## Qui ſine manumiſſione ad liber/tatem ꝑueniunt.

Dic ad queſtionez rubrice ꝙ ſeruus
pro derelicto habitus ob grauē infirmi
tatē.l.ij.ꝟ.e. Itē ſi ſeruus venditus ē vt
infra certū tp̄s manumittat̄ poſt tp̄s ꝑ/
uenit ad libertatē.l.i.ꝟ.e. Item ſi empt⁹
eſt ſeruus vt a viuo emptoꝛe manumit
tatur ſtatim moꝛtuo eo cōpetit libertas
l.ſi qui hac lege.ꝟ.eo. Itez ſi detexit ne/
cem dn̄i.l.qui ob necem.ꝟ.e.

## Qui et a quibus manumiſſi liberi non fiant et ad legē eliaſcentiam.

Vide quod dixi.C. q̄ manu. nō poſ.
et.C.qui nō.poſ.ad liber.ꝑue.

## De iure aureoꝝ annuloꝝ:

Glo.rubꝛice continuat Dictū eſt ſ̄ qua/
liter ex ſeruitute ad libertinitatem ſer/
ui perueniāt.nunc qualiter ad quaſi in
genuitatem et dicuntur ſic quia olim lī
berti non poterant ferre annulos niſi
impetrarēt ita dicit glo.rubꝛice hic de
quo dic vt dixi.C.e.

## De natalibus reſtituendis.

Dictum eſt ſ̄ de manumiſſione que nō
inducit plenam ingenuitatem ſequitur
nunc videre de reſtitutione natalium q̄
plenam ingenuitatem inducit Et ſcien
dum ꝙ interdum etiaz ſi ſerui nati ſunt
expoſtfacto etiaz iuris interuentu inge
nui fiunt nam ſi libertinus a pꝛincipe
natalibus ſuis reſtitutus fuerit.i.ad ea
iura in quibus initio omnes homines
de iure naturali fuerunt non in quibus
ip̄e libertus naſcitur Seru⁹ eniz nat⁹ ē
et ſic iuri naturali pꝛiuatus eſt.per reſti
tutionem aūt pꝛincipis ſuꝑ naturalib⁹
factam perinde habetur acſi ingenuus
natus eſſet ꝛc.vide quod dixi.C.co.

## De liberali cauſa.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Glo.rubrice cõtinuat Dictũ eſt ſ̄ de libertate preſtanda.nũc de ea tuẽda qđ fit p̱ cauſam liberalẽ ſiue quis in libertatem proclamat ſiue in ſeruitutem petatur vide qđ dixi.C.e.

## Quibus ad libertatem proclamare non licet.

Uide quod dixi.C.e.

## Si libertus ingenuus eẽ dicat.

Dictũ eſt ſ̄ de liberali cauſa ſed quia liberalis dicitur cauſa ſi libertus dicat ingenuus vel ecõtra Ideo ſubijcit ſi libertus inge.eſſe dicat De mateĩa vide quod dixi.C.de liberali cauſa et .C.de ingenu.manu. et hic p̱ totũ Hic tñ ſciẽdum q̄ ſi libertus alicuius alio agente qui eũ ad libertatẽ vocat ingenu⁹ ꝓnũciatus eẽ dicet p̄t patronus ei⁹ eũ vocare in ſuũ libertũ ſine vlla preſcriptione tp̄is et erit modus agendi talis quia petit patron⁹ eũ iuſtũ eſſe ſuũ libertum et ſibi debitã reuerentiã exhiberi ab eo et preſtari ea que ſolent preſtare liberti ſuis patronis Et ecõtra ſi libert⁹ petat ſe ꝓnũciari ingenuũ ꝓponet q̄liter detinet et reputat a tali indebite et iniuſte pro liberto et ideo petet ſe declarari ingenuũ vide in locis p̱calle.

## Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium queratur.

Glo.rubrice cõtinuat Dictũ eſt ſ̄ de ſtatu viuoꝝ nũc defunctoꝝ vide qđ dixi C.eo.

## De colluſione detegenda.

Gl.rub.cõtinuat Quia in iudicio liberalis cauſe fit colluſio Jđ de ea ponit vi. qđ dixi.C.e.Eſt ãt colluſio ſiniſtra ſubdola et fraudulenta machinatio ſeu pretentio quo aliquid ſimilat quod in veritate non eſt vel quo iuſta actio alicui cõpetens remittitur vel ſubticet.

# Incipit liber xli.

## De adquirendo reꝝ dominio

Glo.rubrice continuat Dixit ſup̱iori libro de perſonis.nunc de rebus inſti. de iure natu.gen ⁊.ciui.§.fi. Glo.etiam aliter continuat vide eam.de materia vide quod dicã inſti.de re.diui. Unum tñ ſcire debes q̄ hic titul⁹ generalis ẽ ad omnem adquiſitionem .quarum quinq̄ ſunt genera inſti.de rerum diui.in prin. Quarundam enim rerum nanciſcimur dominium iure gentium vt que nulli⁹ ſunt occupanti conceduntur. quarũdã iure ciuili vt p̱ vſucapionẽ ꝛc. de quib⁹ ꝗ.ſuis titulis tractat.

## De adquirenda et amittenda poſſeſſione.

Dixit qualiter iure gentiũ adquirit dominium.nunc qualiter iure ciuili.i. p̱ vſucapionẽ que cum non ſit ſine poſſeſſione vt.ꝗ.titu.i.l. ſine poſſeſſione de ea premittit Et nota q̄ hic dicit de amittenda ſed.C.e.dicit de retinenda quod in idem redit quia contrarioꝝ eadẽ eſt diſciplina vi.qđ dixi.C.eo.

## De vſucapionibus ſeu vſurpationibus.

Dictum eſt ſ̄ de poſſeſſione nunc dicit de effectu poſſeſſionis que eſt vſucapio ꝗ.e.ſine poſſideris Uſurpatio autem eſt vſucapionis interruptio. Oratores aũt vſurpationem frequentem vſuz vocãt l.ij.ꝗ.eo. Quid autem ſit vſucapio vide l.iij.ꝗ.eo. et quod dixi.C. de vſuca. pro empto. Eſt autem vſucapio adquiſitio vel adiectio dominij per continuationem poſſeſſionis temporis lege diffiniti.d.l.iij.

## Pro ſoluto.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti Noui

Dicit glo.rubrice ꝙ hic titulus eſt ge/
neralis ſed ſupior generalior. Jlle autē
vſucapit pro ſoluto qui rē debiti cauſa
recepit et nō tm̄ qđ debetur ſed et qđ/
libet pro debito ſolutum hoc titulo vſu
capi p̄t.l.i.ꝭ.eo.

## Pro emptore.

Uide quod dixi.C.e.

## Pro herede.

Dicit glo.rubrice ꝙ aliter accipit hic
pro herede. et aliter ſ̄ de pe.here.vel ꝓ
herede cū hic vere ibi falſo heredes di/
cantur et qn̄ hec vſucapio pro herede
locū habet notat.ꝭ.e.l.i. et vide qđ dixi
C.e.⁊ dicit p̄alle.l.i.ꝙ pro herede ex vi
ui bonis nihil vſucapi p̄t etiā ſi poſſeſ/
ſor mortui rem fuiſſe exiſtimauerit ⁊ ibi
vide glo.

## Pro donato.

Uide quod dixi.C.e.et.l.i.ꝭ.e. que dicit
pro donato is vſucapit cui donationis
cauſa res tradita eſt nec ſufficit opina/
ri ſed et donatum eſſe opꝫ.d.l.i.

## Pro derelicto.

Quia habere rem pro derelicto inſtar
habet donationis.ꝭ.de ſti. ſeruo.l. quod
ſeruus Jdeo competēter poſt precedē/
tem ponitur hic titulus Hic ſciendum
ꝙ ſi res pro derelicto habita ſit ſtatim
noſtra eſſe deſinit et occupantis ſtatim
fit quia eiſdem modis res deſinunt eē
noſtre quibus adquiruntur.l.i.ꝭ.e. Jteꝫ
nemo poteſt pro derelicto vſucapere q̄
falſo exiſtimauerit rem pro derelicto ha
bitam eſſe.l. nemo.ꝭ.e. Unde ſi domin⁹
habet rem pro derelicto occupans ſta/
tim fit dominus nec indiget vſucapio/
ne ſed ſi habens pro derelicto non erat
dominus tunc habet locum vſucapio
pro derelicto vide glo.ij.in.l.i.ꝭ.e.

## Pro legato.

Uſucapit pro legato ille cui legatū eſt
Pro legato autem poſſeſſio et vſuca/
pio nulli alij ꝙ̄ ei cui legatum eſt com/
petit.l.i.ꝭ.e. Unde ſi poſſideam aliquam
rem quam putabam mihi legatam cum
non eſſet pro legato non vſucapiam.l.
ij.ꝭ.eo.

## Pro dote.

Hic titulus vſucapionis pro dote iu/
ſtiſſimus eſt vt qui in dotem rem acci/
piat vſucapere poſſet ſpacio ſolēni quo
ſolent qui pro emptore vſucapiunt et
nihil refert ſingule res an pariter vni/
uerſe in dotē dentur.l.i.in prin.ꝭ.eo.Et
habet locum hec vſucapio pro dote cō
ſtante matrimonio. Añ auteꝫ matrimo
nium licet ſponſus ſit non vſucapit pro
dote ſed pro ſuo vnde ſi vxor dedit ma/
rito in dotem rem alienam ip̄e eam vſu
capit pro dote ſed ſponſus pro ſuo .l.i.
p̄alle.§.et eſt queſtio.

## Pro ſuo.

Hic ſciendum ꝙ pro ſuo tribus modis
dicitur Primo ſtricte quando deficit a/
lius titulus in veritate creditur tamē
ſubeſſe titulus vt ecce trado tibi rem
meam quam credo tibi debere ex ſtipu/
latione vel alia cauſa iuſta in veritate
non debui tu poſſides pro tuo.l.iij.ꝭ.e.
Secundo largius quando concurrit
cum quolibet alio titulo vtputa ſi poſ/
ſides ex cauſa emptionis et pro empto/
re et pro tuo poſſides.l.i.§.i.ꝭ.eo. Ter/
tio largiſſime vt quicunqꝫ pro ſe poſſi/
det vnde etiam dominus pro ſuo poſſi/
det vt.ꝭ.e.l.ij. Et dicitur tunc ad diffe/
rentiam creditoris et filium qui nō pro
ſuo poſſident et hoc tertio modo nō eſt
titulus vſucapionem parens quia iam
quilibet poſſeſſor etiaꝫ malefidei et ſine



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

titulo vſucaperet ſed quidam dicunt ꝙ
vbi concurrit alius titulus hic titulus
pro ſuo non eſt titulus ſed dicitur pro
ſuo id eſt proprio qđ non placet accur.
in rubrica hic cum ſpecies ſcilicz pro
emptore vel ſimilis per genus ſcilicz ꝑ
titulum pro ſuo non tollitur et ecōtra
nec ex pluribus cauſis quis poſſidere
prohibetur ꝟ de adqui.poſ.l.iij.ita vult
dicere gl.rubrice in effectu hic. In ma/
teria autem noſtra pro ſuo poſſeſſio ta/
lis ē cuz dominiū nobis adqri putam⁹
et ex ea cauſa poſſidemus ex qua adqui
ri ſolet vt ſi tuum ceruum credens nō
manſuetum cepi vel tuam gemmā cre/
dens nullius in littore inuenio Itē vbi
cunqꝫ eſt iuſta cauſa vſucapiendi et de/
ficit alius titulus datur pro ſuo.ꝟ.e.l.fi.

# Incipit liber xlii.

## De re iudicata et de effectu ſentē tiarum et de interlocutionibus iu/ dicum.

Glo.rubrice continuat Dixit qualiꝤ
res per preſcriptionem querantur nūc
qualiter per ſententiā. Eſt aūt res iudi
cata que finem controuerſiarum pronū
ciatiōe iudicis accepit qđ vel condem/
natione vel abſolutione contingit.l.i.ꝟ.
e.Item qui damnare pt is abſoluendi
quoqꝫ ptātez hz.l.iij.ꝟ.e.De effectu ſen/
tentiarum dic ꝙ ſententia a q̄ nō ē ap/
pellatū impedit litis ingreſſū.c.i.de litl.
cōteſta.li.vi.et p⁹ rē iudicatā nihil que
ritur vi.l.poſt rez.ꝟ.e. Itē res iudicata
pro veritate accipiꝤ .l.ingenuum ꝟ de
ſta.ho.ꝛ facit ius inter ptes.c.cuz inter
extra.eo.De interlocutionib⁹ vi. quod
dixi.C.de ſen.et interlo.omni.iudi.ꝛ vi
de etiā latius de prima pte.C.e.ti.

## De confeſſis.

Glo.rubrice cōtinuat Dictū eſt ꝟ de
re iudicata vez quia confeſſi hn̄tur pro
iudicatis vt.ꝟ.e.l.i. Ideo ponitur titu/
lus de confeſſis.Quero quō differt hic
titulus a titulo ꝟ de interro.actio. Re/
ſpōdet glo ꝙ ille ante litl.contl. hic po/
nit Sz illud videꝤ cōtra.l.certū in.fi.ꝟ.e
et.l.ſi debitori.ꝟ de re iudi. vbi nulla fa
cta conteſtatione hz locū cōfeſſio.ꝓpter
hoc dicunt Dyn̄.et alij ꝙ hic loquiꝤ in
his q̄ pertinent ad deciſionem litis ſed
titulus de interro.acti.loquitur de his
que pertinent ad litl. ordinationem.et
iſta eſt veritas ſm bar.vide lati⁹ h per
eum qui conatur ſaluare glo.Et eſt cō/
feſſio de qua hic certa et clara aſſertio.i.
reſponſio eius de quo queritur iure co/
ram legitimo iudice facta vide.l.i.ꝟ.e.ꝙ
confeſſus pro iudicato eſt quia quodā/
modo ſua ſententia damnatur Non ta/
men confitetur qui errat niſi ius igno/
rauerit .l.ij.ꝟ.e. vide quod dixi.C.eo.

## De ceſſione bonorum.

Glo.rubrice continuat Condemnati et
confeſſi ſi ſatiſfacere non poſſunt in car
cerem ſolent detrudi vt ar. Qui bono.
ceſſ.poſſ.l.i.ꝛ fi.quo timore fit ceſſio bo
norum ideo de hoc dicit. Eſt autem ce/
dere bonis ab vniuerſitate bonorum
ſuorum recedere ꝛ eis abrenunciare vt
puta quando aliquis oneratus debitis
pluribus nō habens vn̄ ſatiſfaciat cre/
ditoribus abrenunciat bonis ſuis vni/
uerſis cedens illis. Et poteſt quis ce/
dere bonis non tm̄ in iure ſed etiam ex
tra ius et ſufficit per nuncium vel per
epiſtolam id declarari .l.fi.ꝟ.co. vide qđ
dixi.C.qui bo.ce.poſ.

## Ex quibus cauſis in poſſeſſionez eatur.

Glo.rubrice continuat Dixi quando
vocatus venit ꝛ condemnatur.nunc ſi

# Digeſti Noui.

non venit.l.i.ſ.eo. Reſpondet queſtioni rubrice ꝙ tres fere cauſe ſunt ex quibus in poſſeſſionem mitti ſolet rei ſeruande cā. Item legatorū ſeruandorum gratia et ventris nomine. damni enim infecti nomine ſi non caueatur non vniuerſorum nomine fit miſſio ſed rei tm̄ de qua damnū timetur.d.l.i. Item poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem rei petite ob contumaciam vocati.c. quoniam frequenter .extra vt lit. non conteſt.et hoc ſi agatur actione reali.ſi autem perſonali fit miſſio in poſſeſſionem pro modo debiti declarati.d.c.qm̄ in fi.

## De bonis auctoritate iudicum poſſidendis ſeu venundandis.

Glo.rubrice exponit id eſt de modo adminiſtrandorum bonorum auctoritate iudicis poſſidendorum et cuius iudicis iuſſu poſſideantur et vendantur et de cauſa poſſidendi et vendēdi Sic continuatur ſ̄ dictum eſt de cauſa poſſidendi modo ſequitur videre de modo et cuius iudicis iuſſu poſſideantur et vendantur Et vide .l.i.ſ.e. ꝙ ibi bona vendi debent vbi quiſqꝫ defendi debet Idem vbi domicilium habet .l.ij.ſ.eo. Aut vbi quiſqꝫ contraxit. contractum aūt non vtiqꝫ eo loco intelligitur quo negociū geſtum ſit ſed quo ſoluenda eſt pecunia.l.iij.ſ.eo.

## De priuilegijs creditoꝝ.

Hic ſciendum ꝙ pluribus volentibus emere prefertur ille qui eſt creditor et cognatus debitoris. Item creditor tm̄ prefertur cognato. vnde inter plures creditores tm̄ ille prefertur qui eſt creditor maioris ſumme.l.i.ſ.eo. ſm̄ Jaco.de are. Item inter eos qui habent pſonales actiones tm̄ eſtimantur priuilegia ex cauſa non ex tempore.ſ.e. l.priuilegia Inter creditores autē nō priuilegiatos occupantis eſt melior cōditio hoc ē ſi vigilauerit vt ſibi ſatiſfiat a debitore qui ſoluendo non erat anteq̄ bona eius poſſideantur. Item quid iuris ſi vterqꝫ creditor inſtat vide in.l. ſi non.§.i.ſ̄ titu. proxi. Item qui in nauem extruendam vel armandam vel etiam emendam crediderit priuilegium habet vt preferatur alijs in iſta naui .l. qui in nauem.ſ.eo.et.l. quod quis.ſ. eo. Item mulier prefertur alijs creditoribus vt conſequatur dotē.l.ij.§.fi.ſ.eo. Item inter creditores potiores ſunt illi qui acceperunt q̄ illi qui habent perſonales actiones tm̄.C. qui po.in pig. ha.l.eos Inter hypothecarios obtinet regula Qui prior eſt tempore potior eſt iure niſi in caſibus.C. qui po.in pigno. ha.

## De bonoꝝ ſepationibus.

Glo.rubrice continuat De creditoribꝰ in bonis mittendis dictū ē ſed quia quidam eorum ſolent ſeparationem bonorum impetrare. Ideo de ea ſubijcit Hic ſciendum ꝙ hec ſepatio bonorum ſolet impetrari a iudice per creditores .vti debitorē q̄s habuit ſeium cui titius extitit heres q̄ titiꝰ nō eſt ſoluendo et patit̄ bonoꝝ vēditionē.creditor ſeij p̄t petere et impetrare vt bona ſeij.ſepararentur a bonis titij vt creditores titij ſint contenti bonis et ip̄e habeat bona ſeij.l.i.ſ. eo.vbi vide glo.que ponit octo caſus in quibus poteſt impetrari ſeparatio. Eſt autem ſepatio diuiſio quedam et ſegregatio vnius peculij vel patrimonij ab alio.

## De curatore bonis dando.

Dictū eſt ſ̄ de bonis poſſidēdis et vēdendis ſed ꝙ ad vēdēdū bona q̄nqꝫ cōſtituit̄ curator. Idō poſt de curatore bonis dādo. Hic ſciendū ꝙ q̄nqꝫ dat̄ curator bonis defūctoꝝ vt ſi heres eſt inſtitutus ſub conditione caſuali et ad quid dat̄ curator dic ad bona conſeruanda et ad vendenda peritura et nō peritura

ſi res vrgeat.l.i.ꝛ ibi bar.ꝭ.e.ſi āt heres inſtitutus eſt ſub cōditiōe ꝑtātiua tūc ſtatuēdꝰ eſt ꝃminꝰ hēdi infra quē adeat vt ex tūc repellaꝃ etiā ſi velꝫ implere poſtea vt ſ̄ de heredi.inſti.l.ſi quis in/ ſtituaꝃ.§.i.et ſ̄ de bonis auc.iudi.poſſi. l.ſi ſeruꝰ ſcḿ gl.in.d.l.i.ītc.tex. Qñꝗ; da tur curator bonis abſentiū vt.C.de ca/ pti.et poſtli.re.l.iij.ꝛ ſ̄ ex quibꝰ cau.ma. Itē daꝃ curator bonis debitoꝝ ſoluere nolentiū vt.ꝭ.e.l.fi.et.ꝭ.titu.i.l.i.vi.glo. rubrice latius hic.

Que in fraudē creditoꝝ facta ſṫ vt in integrū reſtituantur.

Quia eaꝰ q̄ in fraudē creditoꝝ facta ſūt bene cōueniūt cū ꝑcedentibꝰ Idō poniꝃ hic titulꝰ Que in fraudē cre.ꝛc. In hac materia ꝑtor ita edixit Que fraudatio/ nis cauſa geſta erūt cū eo qui fraudem nō ignorauerit de his curatori bonorū vel ei cui de ea re actionē dare oporte/ bit intra ānū quo expiundi ptās fuerit actionē dabo Idꝗ; etiā aduerſus ipm q̄ fraudē fecit ſeruabo.l.i.in pn.ꝭ.e. Ne/ ceſſario ꝑtor hoc edictū ꝓpoſuit q̄ edi/ cto cōſuluit creditoribus reuocādo ea q̄ in fraudē creditoꝝ alienata ſunt Et ꝑt creditor reuocare q̄litercūꝗ; aliquid fuerit factū in fraudē eiꝰ vñ ſi rem alie/ nauit ſine acceptilatione vel facto ali/ quē alienauit vel ſi pignora liberet ha/ bet locū hoc edictū. Itē in fraudē facē videꝃ etiā q̄ nō facit qđ dꝫ facere.i.ſi nō vtaꝃ ſeruitutibꝰ.l.in fraudē.ꝭ.e. Item ſi quis rē ſuā habuit pro derelicto vt aliꝰ eā ſuā faciat.l.ſed et ſi rem.ꝭ.eo. Requi/ runtur quattuor in hac actiōe Primo ꝙ ſit debitor ex mutuo vel ſili cauſa. Item ꝙ debitum fuit efficax et ſine ex/ ceptione Item ꝙ conſilio et fraude ali/ nauit. Item ꝙ re tali alienata non inue niatur tm̄ in bonis iam diſcuſſis vt mi/ hi ſatiſfiat.l.i.ꝭ.e.nec liberatur cedendo bonis a carcere qui alienauit in fraudē creditoris vt eſt tex.ſingularis ſcḿ in tellectum primum quem ibi approbat Dyñ.et ſequitur bar.in.l.fin.ꝭ.eo. Itē talis fraudulentus excutitur vſꝗ; ad pe ram et ſacculum non habita ratione ne egeat vt ibi ſcḿ alium intellectum. Et vide.l.ait pretor.§.ſi debitorem.ꝭ.eo.vbi probatur ꝙ quis poteſt capere debitorē ſuum fugientem cum rebus et ei aufer/ re res ſuas ꝓpria auctoritate ſi ſaltē tā cito non poteſt habere copiam iudicis vide per gl.ibi latius et intellige ꝙ ꝑt capere debitorem non vt eum detineat ſed vt ad iudicem ducat vide glo.et qđ ibi notatur inſtl.de actio.in prin.

# Incipit liber xliii.

## De interdictis ſeu extraordina/ rijs actionibꝰ que pro his cōpetūt.

Gl.ru.ꝯtinuat Dictū eſt ſ̄ q̄liꝃ de iure ciuili nūc q̄liꝃ de iure ꝑtorio q̄ plerūꝗ; de poſſeſſiōe ꝑ interdicta agiꝃ inſtl.e.in prin. Vex ꝙ hoc fit cōiter ꝑ interdicta Idō poniꝃ hic iſta rubrica Quero hic an poſſeſſio aduoceꝃ alijs iuribꝰ q̄ꝫ ꝑ inter/ dicta Gl.rubrice tenet ꝙ ſic vt ꝑ actio/ nes ciuiles vt ꝑ cōdictionē triticariaꝫ ꝑ officiū iudicis. Quero q̄ ſint extraordia/ rie actiones q̄ cōpetūt ꝓ interdictis gl. rñdet ꝙ actiones in factū ſic dicte ꝙ ex antiquā ſolēnitatē inꝃdictoꝝ ꝓponunꝃ inſtl.e.§.fi. Sꝫ iteꝝ q̄ro pꝰ gl.q̄ erat oliꝫ dr̄a inꝃ ea cū et actiones ſolenniꝃ ꝓpo/ nebāꝃ vt ſ̄ de ori.iuris.l.ij.§.oīm.reſpō det gl. Solēnitates actionū a iuē ciuili interdictaꝝ a iure pretorio inducebanꝃ vel ſcđo ꝙ ſolēnitas ꝟboꝝ circa actio/ nes generaliꝃ in ꝑſonis oīm formabāꝃ ſed in interdictis in ꝑſonis petētiū tm̄ et ipi tantū vti poterant Quero ergo vtrum ſit hodie aliqua differētia inter interdicta et actiōes in factū q̄ loco eiꝰ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti Noui.

cõpetit dicit gl. ꝙ nulla eſt dr̃a Dy. reprehendit glo. nã dicit ꝙ eſt dr̃a int̃ interdictũ et actionẽ ꝓbat̃ ꝑ dictionẽ ſeu poſitã in rubrica que dictio eſt augmẽtatiua vt. l. ſi quis ita ſ̃ de auro et argen. le. vel eſt dr̃a ſicut inter materiã et materiatũ ſeu ſicut inter mr̃ez ⁊ filiã nã ex interdicto orit̃ actio in factũ inſtl. eo. in fi. Quero vtꝝ ſit dr̃a qd̾ iſtoꝝ ꝓponat̃ dicit glo. ꝙ nõ eſt dr̃a. breuit̃ nõ eſt necẽ ꝙ ꝓponat̃ in libello ſed bene p̃t ꝓponi vt. l. p̃tor. §. nõnulli ſ̃ de no. op. nun. ſm bar. hic in rubrica Et erat interdictum olim nihil aliud q̃z q̃dã formata et ſolennis v̾boꝝ cõceptio quib⁹ p̃tor aliquid fieri iubebat aut prohibebat qd̾ tũc maxime fiebat cũ de poſſeſſione aut quaſi inter aliquos contẽdebat̃ inſtl. e. in pri. Et dicta ſunt interdicta quia int̃ duos reddunt̃ Interdictoꝝ ãt alia ſunt ꝓdita gr̃a iuris diuini alia gr̃a iuris hũani de quib⁹ oĩbus ĩ. patebit. de materia vide quod dixi. C. eo.

## Quorum bonorum.

Dictum eſt ſ̃ de interdictis in genere. nunc ſequitur de interdictis in ſpecie ⁊ premittitur de interdicto quoꝝ bonorum quod eſt generale et denoĩatur a p̃ma p̃te edicti p̃toris Cuius verba erãt iſta quorum bonorum ex edicto meo illi poſſeſſio data eſt quod de his bonis pro herede aut pro poſſeſſore poſſides poſſideres ve ſi nihil vſucaptũ eſſet qd̾ quidem dolo malo feciſti vt id deſineres poſſidere id illi reſtituas Hoc interdictum reſtitutorium eſt et ad vniuerſitatem bonorum non ad ſingulas res pertinet et appellatur quorum bonorũ et eſt adipiſcende poſſeſſionis vniuerſorum bonorum. l. i. ĩ. eo. et datur directũ interdictum quorum bonorum ei qui eſt bonorum poſſeſſor. vtile ei qui eſt heres de iure ciuili ex teſtamento vel ab inteſtato vide quod dixi. C. eo.

## Quorum legatorum.

Glo. rubrice declarat quorum legatorum ſcz poſſeſſionem quis occupauerit id reſtituat heredi legatorum ſic continuatur quia iſtud interdictum ſicut ſuperius eſt adipiſcẽde poſſeſſionis ſic ⁊ hoc vt et in princi. Et ſic continet hoc interdictum vt quod quiſq̃ legatorum nomine non ex voluntate heredis occupauit id reſtituat heredi etenim eq̃ſſimum pretori viſum eſt vnunquenq̃ nõ ſibi ipi ius dicere occupatis legatis ſed hec ab herede petere. l. i. in princi. ĩ. e. et quod dicitur in legatarijs ſeruatur etiam in his quibus donatum eſt cauſa mortis et in heredibus eorum. heredi tamen nocet ſi accõmodauerit voluntatem legatario poſt aditam hereditatem vel in ipa apprehenſione vel poſtea Et ſi plures ſint heredes et vnus conſentiat legatario alter non qui non conſentit habebit interdictum. ĩ. eo. l. i. §. qd̾ ait pretor et. l. prodeſt. Et datur hoc interdictum contra poſſidentem titulo pro legato ſed ille qui poſſidet pro herede vel pro poſſeſſore conuenitur hereditatis petitione vel quorum bonorum vide gl. in. c. paſtoralis extra de cauſa poſ. et ꝓprie. de materia interdictoꝝ.

## Ne vis fiat ei qui in poſſeſſionez miſſus eſt.

Vide glo. rubrice q̃ dicit ꝙ hic titulus tãq̃ generalis ad oĩa poſſeſſoria ꝓponitur et eſt ꝓhibitoriũ et reſtitutoriũ et p̃t rubrica allegari. Et hoc interdictũ p̃tor ſumma prouidẽtia ꝓpoſuit. fruſtra enĩ in poſſeſſionẽ mitteret rei ſeruande cauſa niſi miſſos tueret̃ et ꝓhibẽtes venire in poſſeſſionẽ coercẽt. l. i. §. i. ĩ. e. Et dat̃ hec actio nõ tm̃ contra eũ qui ꝓhibuit quem venire in poſſeſſionẽ ſed in eũ a quo quis ex poſſeſſione pulſus eſt cũ veniſſet in poſſeſſionẽ Nec exigitur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vtrū vi fecerit q̇ ꝓhibuerit Et taliter
pretor hic edixit Ait pretor ſi quis do/
lo malo fecerit quo minus quis ꝑmiſſu
meo eiuſve cuius iuriſdictio de ea re fu
it in poſſeſſione bonoꝝ ſit impediendo
miſſionem vel eijciendo in eū in factum
iudiciū q̄nti ea res fuerit.i.q̄nti eiꝰ īteͬ
eſt poſſeſſionē hr̄e dabo.

## De tabulis exhibendis.

Glo. rubrice cōtinuat Quia ei qui agit
interdicto quoꝝ bonoꝝ et quoꝝ legato
ruꝫ expedit agere hoc interdicto Ideo
de hoc ponit de dr̄a inter actionē ad ex
hibendū et in factū et hoc interdictum
et illud quēadmodū teſtamenta apꝑi.vi.
glo.in.l.iij.ſ̄ ad exhiben.in fin.et vi.qꝺ
dixi.C.quēad.teſta.apꝑi. Vn̄ ſciendū ſi
quis cōfiteaꝛ penes ſe eſſe teſtamentuꝫ
iubendus eſt exhibere tempus ei dādū
eſt vt exhibeat ſi nō p̄t in p̄ntiaꝝ exhi/
bere ſed ſi negat ſe exhibere poſſe vel
oportere hoc interdictū cōpetit et com
petit hoc interdictū ad codicillos ⁊ ad
teſtamentū qꝺ valet.et qꝺ nō nō valet
l.i.in prin.et.§.i.ꝭ.e. Et hec ſūt ꝟba huiꝰ
edicti. Quas tabulas lucius ticius ad
cauſā teſtamenti ſui ꝑtinētes reliquiſ/
ſe diceꝛ ſiue he penes te ſint aut dolo
malo factū eſt vt deſinerent eſſe ita eas
illi exhibeas. Itē ſi libellꝰ aliud ve q̇d
relictū eē diceꝛ decreto.i. edicto iſto cō
prehendā ꝫ q̄n̄qꝫ ceſſat iſtud interdictū
vt.ꝭ.e.l.fi.et in tabulis et viui.ꝭ.e.l.pe.

## Ne quid in loco ſacro fiat.

Gl.ru.cōtinuat Inꝛ poſito titulo ſupio
ri occaſione illoꝝ tituloꝝ ſcꝫ quoꝝ bōꝝ
et q̄ꝝ legatoꝝ redit ad ꝓpoſitā materiā
ſcꝫ ne vis fiat ei ſcꝫ ad ꝓhibitoria inter
dicta ⁊ p̄mo de dignioribꝰ Eſt ei ꝧ cā di
uini iuris vt ſ̄ de inꝛdic.l.ij.ꝭ.i. Hic ſci/
endū ꝙ hoc interdicto ꝓhibeꝛ aliq̇d fi/
eri in loco ſacro quo dānū aut incōmo
dū irrogeꝛ Itē aut deformitatē.nō aūt
ꝓhibeꝛ qꝺ ornamēti cā fit ꝫ ⁊ capiꝛ odi
um locoꝝ qꝫ ſacroꝝ mādata eſt his qui
edes ſacras curāt.l.i.et.ij.ꝭ.e. Et eſt locꝰ
ſacer q̇ rite ꝑ pōtifices deo cōſecratꝰ ē
.§.nullꝰ inſti.de re.diuiſi. Et ſūt ꝟba edi
cti In loco ſacro facere vel in eū īmittē
q̇d veto Extēdiꝛ etiā ad res ſanctas vt
ſūt muri. Itē porte ciuitatis rhomane
et alioꝝ municipioꝝ in qbꝰ vt dānū vl'
incōmodū irrogeꝛ nō ꝑmittiꝛ Itē neqꝫ
muri porte ve habitari ſine ꝑmiſſu p̄nci
pis ꝓpꝛ fortuita incēdia p̄n̄t.l.fi.ꝭ.e.

## De locis et itineribꝰ publicis.

Hic ſciendū ꝙ nemī licꝫ in via publica
monumētū extruere.l.ij.ꝭ.e. etſi aliquis
clauſerit viā publicā cuilibꝫ ꝑmittitur
agē inꝛdicto vt reſtituaꝛ ī priſtinū ſtatū
et ſic ꝑmittiꝛ cuilibꝫ petē id qꝺ ad vſuꝫ
hoīm ꝑtinet.l.i.et ibi glo.ꝭ.e. Iter publi
cū dr̄ via militaris Vicinalis āt dr̄ vbi
p̄uati ꝯferūt ex agris ſuis.de triplici ge
nere viaꝝ hr̄.ꝭ.titu. proxi.l.ij.

## Ne q̇d in loco vel itinere publico.

Et dr̄t iſte titulꝰ a ſupiori ſc̄m gl.rub.
ꝙ ſupiori ſpēaliꝛ. ꝧ generaliꝛ ī oī publi
co dicit vel ſupior p̄paratorꝰ eſt nec eſt
ibi aliqꝺ inꝛdictū. Hic ſciēdū ꝙ in loco
publico p̄tor ꝓhibꝫ edificaē et inꝛdictū
ꝓponit.l.i.ꝭ.e. In ꝧ ꝟba ne q̇d ī loco pu
blico facias in ve eū locuꝫ īmittas q̄ ex
re q̇d illi dāni deꝛ p̄terqꝫ qꝺ lege ſena/
tuſcōſulto et edicto decreto ve p̄ncipū
tibi cōceſſū ē de eo qꝺ factū erit inꝛdi/
ctū dabo.l.ij.ꝭ.e.et ꝑ ꝧ interdictū tā pu/
blicis vtilitatibꝰ qꝫ p̄uatoꝝ ꝑ ꝧ ꝓſpiciꝛ
Loca enī publica vtiqꝫ p̄uatoꝝ vſibus
deſeruiūt iure ſcꝫ ciuitatis nō q̄ſi ꝓpria
d.l.ij.§.hoc interdictū ſed ſi quis in ma/
ri piſcari vl' nauigari ꝓhibeatur nō ha
bebit interdictū quēadmoduꝫ nec is q̇
in cāpo publico ludere vel in publico
balneo lauaē aut in theatro ſpectaē ar/
ceaꝛ ſed in oībꝰ his caſibus iniuriaꝝ q̇/
dem actione vtendum eſt.d.l.ij.§.ſi quis
vide latius in.d.l.ij.et ꝑ totū.ꝭ.e.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti Noui.

## De loco publico fruendo.

Hic ſciendū ꝙ pretoꝛ in hac materia tale ꝑpoſuit edictū Quo minus loco quē is cui locādi ius fuerit fruendū aliȷ́ locauit ei qui cōduxerit ſocio ve eius ex lege locatiōis frui liceat vim fieri veto l.i.ꝭ.eo.et vide.l.ij.ꝭ.eo ꝙ concedi ſolet vt imagines et ſtatue que oꝛnamento reipublice ſint future in publicū ponantur etſi quis pꝛohibeatur habet hoc interdictū .d.l.ij. et ibi glo. Interdictum hoc publice vtilitatis cauſa ꝑponi palā eſt.tuetur enī pretoꝛ vectigalia publica duz pꝛohibetur quis vim facere ei q̄ ad fruendum conduxerit.

## De via publica etſi quid in ea eē dicatur

Hic ſciendū ſm gl.rubrice ꝙ titul9 iſte nō ad aliud ꝑtinet niſi quia qui viā publicā reficiebat videbat᷑ aliquid facere ſed hoc facere nō eſt pꝛohibitū Dic ergo de via publica q̄liter reficiat᷑ ⁊ amittatur vñ pt quis reficere viā dū tñ deterioꝛ nō fiat.l.i.ꝭ.e. Et vide.l.ij. ꝙ non vtendo populus nō amittit viā publicam vbi edicti habent᷑ in.l.i.ꝭ.eo. quam vide.

## De edilibus currulibus.

Hic ſciēdū ꝙ edilis olim dicebat᷑ q̄ nō ſolū ꝯſtituebat᷑,a plebe ad hoc vt p̄eſſz edib9 vt.ff.de oꝛigi.iur.l.ij.§. Itē vt cā ſed etiā ꝑfuit plebiſcitis q̄ etiā edituus dicebat᷑ a noīe edes ⁊ a ꝟbo tueoꝛ eris ꝙ tuebāt᷑ edes vt inſt.de tute.§.tutores āt ne in ciuitate eſſent dom9 ruinoſe vł inoꝛdinate poſite in p̄iudiciū reipublice et illi ediles erāt ex p̄toꝛibus vt ꝑz inſt.de iure natura.gen.⁊ ciui.§.p̄toꝝ.⁊ dicebant᷑ currules ꝙ in curru ducebāt᷑ ꝑ ciuitatē Iſti eī ediles currules hn̄t reſpicere vt vie q̄ ſm ciuitates ſūt adequēt᷑ et effuſiones nō noceāt domib9 et pōtē faciāt et dn̄t reſpicere vt ꝑꝛiȷ́ parietes et alioꝝ q̄ circa domos vel ad viā ducūt nō labilia ſint q̄ten9 vt opz emēdēt dn̄i domoꝝ et cōſtruāt ſi āt nō emēdauerint neq; cōſtruxerint mulctēt eos q̄ ad illabilia.i.ruinoſa faciāt .l.vnica.ꝭ.e.

## De flumibus et ne q̄d in flumine ripa ve ei9 fiat q̄ pei9 nauiget᷑.

Hic ſciēdum ꝙ p̄toꝛ tale edictū in hac materia ꝑpoſuit ne quid in flumine publico ripa ve ei9 immittas quo ſtatio iter ve nauigiȷ́ deterius ſit fiat.l.i.ꝭ.e. Et diſcernitur flumē a riuo magnitudine aut eſtimatione circū colentiū Et fluminū quedā ꝑennia quedā toꝛrētia Perēne eſt qđ ſꝑ fluit/ toꝛrens qđ hyeme vi. latius ꝑ.l.i. et ꝑ totū.ꝭ.e.et vide inſt. de re.diui.in prin.de flumine et de ei9 ripa Eſt aūt ripa id qđ flumē cōtinet naturalē rigoꝛē curſus ſui tenēs Stationē dicim9 a ſtando Is igit᷑ loc9 demonſtratur vbicūq; naues tute ſtare pn̄t.ꝭ.de ꝟ.ſ.l.poꝛt9 nauigiū ſolem9 dicē ipaz nauī Iter nauigiȷ́ ⁊ iter nauis Dī āt deterioꝛ ſtatio iterq; deteri9 fieri ſi vſus eius coꝛrumpat᷑ vel difficilioꝛ fiat aut minoꝛ aut rarioꝛ aut ſi in totuz auferat᷑ Ripa ea putat᷑.eſſe q̄ pleniſſimū flumē cōtinz.

## Ne quid in flumine publico ripa ve ei9 fiat q̄ aliter aq̄ fluat q̄ꝫ in p̄ori eſtate fluxit.

Pōt allegari pꝛo lege et dīt a ſupioꝛi titulo quia illud ꝑpter nauigiȷ́ vtilitatez hoc ꝑpter agroꝝ vel aliā q̄ꝫ nauigiȷ́ ꝓhibet in flumine fieri. Item ille de nauigali vel quaſi dic hic de omni flumine vt.ꝭ.l.i.circa prin. Itē differt ab inferioꝛi quia hic pꝛohibetur fieri in publico ibi econtra vetat fieri vim facienti et vtenti vide glo. rubꝛice hic.

## Ut in flumine publico nauigare liceat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Continuatio ſumitur ex.l.i.§.i.ff.e. Quia hoc interdicto proſpicitur ne quis flumine publico nauigare ꝓhibet. ſicut ei ei qui via publica vti prohibet interdictum ē poſitū ita hoc pretor ꝓponēdum putauit Et poteſt allegari pro lege Et edixit pretor taliter in hac materia Quo minus illi in flumine publico nauē ratem agere quo ve minus ꝑ ripam onerare liceat vim fieri veto. Item vt per lacū foſſam ſtagnum publicum nauigare liceat Interdicta gl. exponit.i.interdictum ꝓponam quo vetabo fieri impedimentum nauiganti.l.i.in prin.ff.e. Eſt āt lac⁹ qui ꝑpetuā habet aquā Stagnū eſt qd̕ tpalem continet aquā ibi ſtagnantem que q̇dē aqua plerūq3 hyeme cogit dicit gl.in ꝟbo cogit ꝙ aliq tex. hūt cogitur aliqui colligitur Foſſa eſt recepta culū aque manu factū .d.l.i.§. lacus Et pūt hec eē publica et etiā priuata .d.l.i.§.pūt aūt. etſi priuata ſunt ceſſat hoc interdictū.l.i.alle.§.ſi ꝑuata. Et intellige iſtud interdictū ꝙ quis non poteſt prohiberi a priuato nauigare ſed ab eo qui habet iura regalia in illo territorio licz prohiberi ꝙ iſta talia ſcz curſus aquaꝝ et flumina et lacus ꝑtinent ad eum ad quez ꝑtinent regalia vt x.coll. que ſint regalie.c.i.facit qd̕ notatur in .l.ij.i pn. ē ne quid in lo.pub. in glo. que incipit lex ſcz municipalis Et ſic talis ad quē ſpectant regalie pt facere ſtatutū ꝙ aliquibus liceat nauigare aliquib⁹ nō ſm bar. in rubrica hic.

## De ripa munienda:

Hic ſciendum ꝙ reficere ripas fluminum vel reficere vtiliſſimū eſt dū tamē refectio vel munitio nauigationi impedimento nō ſit.l.vnica.§.ripas.ff.e. Et ḡ is q ripam vult munire de damno futuro debet vel cauere vel ſatiſdare ſm q̄litatem ꝑſone et hoc interdictū expſſuz eſt vt damni infecti in annos.x. viri boni arbitratu vel caueat vel ſatiſdetur et ſatiſdabit vicinis et etiā his qui trās flumē poſſidebunt.d.l. vnica.§.is ḡ. Et qd̕ ē dictū eſt in ripa fluminis munienda Idem intelligendū in ripa lac⁹ foſſe ſtagni munienda.d.l.vnica in fi.

## De vi et vi armata.

Iſta rubrica tractat ṗmo de vi in genere. ſcd̕o in ſpecie de vi armata Et eſt idem qd̕ vñ vi ſm glo rubrice q̄ cōtinuat ꝰdictū eſt ē de interdictis adquirende poſſeſſionis vt quoꝝ bonoꝝ et quoꝝ legatoꝝ. nūc de interdicto recupande Et competit hoc interdictū illi qui de poſſeſſione deijcit contra deiectorē mandantem et ratā habentem deiectionem .l.i.§.deieciſſe.ff.e.et.c.qd̕ ad ſedem ex de reſti.ſpol. vide quod dixi .C.e.

## Uti poſſidetis.

Glo.rubrice.cōtinuat Poſt interdictū vñ vi qd̕ poſſeſſionē reſtituit ſeq̇t h̕ qd̕ defendit Hic ſciendū in hac materia pretorez tale ꝓpoſuiſſe edictū vti eas edes de q̇bus agit nec clam nec vi nec ꝑcario alter ab altero poſſidetis quo min⁹ ita poſſideatis vim fieri veto.l.i.in pn/ci.ff.eo. Et habet locū hoc interdictū in poſſeſſore ſoli hoc eſt in rebus imobilibus.l.i.pal le.§.i. ſ3 pro mobilib⁹ ꝯpetit interdictū vtrobi. vi. qd̕ dixi. C.e.

## De ſupficiebus.

Glo.rub.cōtinuat Quia ſil̕e eſt ſupiori interdicto vt.ff.e.l.i.§.ꝓponit Ideo poſt illud ponit. Et ſūt ſupficies ſeu ſupficiarie edes que in conducto ſolo poſite ſunt quaꝝ ꝓprietates et ciuili et naturali iure eius eſt cuius et ſolū.l.ij.ff.e. Nā nō pt alteri⁹ eſſe edificiuz q̄ȝ ei⁹ cui⁹ eſt ſolū.l.obligationū ferre.§.placz.ff.de actioni.et ob.et videt ſentire bar.in.l.i.§.i. ff.e. hoc procedere. etiaz ſi edificium ſit

poſitū pecunia cōductoris et ſic ſemꝑ
ſuꝑficies cedit ſolo qđ intellige quo ad
directū dñium ſed vtile pt cōpetere ſuꝑ
ficiario et hoc dicit bar. menti tenendū
in.d.l.i.§.i. et appellatione ediū omne e/
dificiū continet.l.i.§.dein ait.ꝟ.e. Et ĝ ſi
ſuꝑficiari⁹ qui ad lōgū tps vel in ꝑpe/
tuū conduxit prohibeatur frui ſuꝑficie
iuxta legē locationis agit hoc interdi/
cto de ſuꝑficiebus et etiā competit ſibi
vtilis in rem actio.d.l.i.in prin.et.§.i.ſe/
cus aūt ſi ad modicū tpsꝙ illi nō cōpe
tit actio in rem vtilis quia talis nō hꝫ
vtile dñium nec ius in re regulariṫ.d.l.
i.§.quod āt ait.vbi vi.ꝑ bar.poſt glo.an
et qñ conductor adq̇rat ius in re. et dic
ſi conduxit a publico ſꝑ hꝫ ius in re ſed
ſi a ꝑuato aut ad modicū tps et nō adq̇
rit ius in re Aut ad longū tps et adq̇/
rit ius in re. Rōne cui⁹ pt agere vtili
in rē actiōe et ĝ quia talis cōductor hꝫ
ius in re nō pt expelli ꝑ emptorē rei cō
ducte ſm eū Itē adquirit etiā condu/
ctor ius in re ſi conduxit ad tps modicū
et in contractu locationis locator pro
obſeruatiōe ꝯct⁹ obligauit oīa bona ſb
hypotheca quia tūc etiā illa res cōdu/
cta eēt ſibi obligata ⁊ nō poſſet expelli
ſm eū Itē oīa q̄ ſeruāṫ in inṫdicto vti
poſſidetis ſeruabunṫ in hoc interdicto
de ſuꝑficieb⁹.d.l.i.§.oīa. Et vide glo.in
ꝟbo agēdo.in.d.l.i.q̄ ponit q̄liter cog/
noſciṫ emptor a cōductore et dicit ꝙ ꝑ/
ciū et mercedis q̄ntitas facit diſcerni ⁊
intelligit bar.ꝑciū qñ ſoluiṫ,vno ſemeƚ
mercedis q̄ntitas.qñ ſoluiṫ annua vi/
de,lati⁹ ꝑ eum:

## De itinere actu ꝗ priuato.

Gl.ru.cōtinuat Suꝑiori titulo de poſ/
ſeſſione rez corꝑaliū retinēda h̄ de poſ
ſeſſione rez incorꝑaliū Hic ſciendū ꝙ
ꝑtor in hac materia tale ꝓpoſuit edictū
Quo itinere actu ꝗ ꝑuato de q̄ agiṫ vƚ
via hoc āno nec vi nec clā nec precario
ab illo vſus es quo minus ita vtaris
vim fieri veto et pertinet hoc edictum
ad tuēdas ſeruitutes tm̄ ruſticas .l.i.in
prin.ꝟ.e. Et hoc interdicto ꝑtor nō inq̇/
rit vtrū habuit iure ſeruitutē īpoſitaꝫ
an nō ſed hoc tm̄ an itinere actu ꝗ hoc
āno vſus ſit nō vi nō clā nō ꝑcario et
eū tueṫ licꝫ eo tꝑe q̄ interdictū reddiṫ
vſus nō ſit.vñ ad tuitionē ꝑtoris ꝑti/
net ſi mō hoc āno vſus eſt vel modico
tꝑe vſus eſt,i. nō minus q̄ xxx. diebus
d.l.i.§.i.

## De aqua quotidiana et eſtiuā.

Glo.rub.ꝯtinuādo dicit vſus aq̄ ſicut
itineris eſt q̄dā q̄ſi poſſeſſio Ideoꝗ hāc
ſicut illā ꝑtor in interdicto reddito vti
tur. Hic ſciendū ꝙ duo ſūt genera aq̄ꝝ
quotidiana aq̄ et eſtiua Quotidiana ab
eſtiua dīt vſu non iure. Et eſt q̄tidiana
aqua illa q̄ duci aſſidue ſolet vel eſti/
uo vel hyberno tꝑe etiā ſi aliqñ ducta
nō eſt. Ea quoꝗ dī quotidiana cui⁹ ſer
uitus intermiſſione tꝑis diuiſa eſt.l.i.§.
duo āt.ꝟ.e. Nō ei dī illa quotidiana que
quotidie ducit ſed ea qua q̇s q̄tidie vti
poſſit ſi vellꝫ q̄nꝗ aquā quotidianā in/
terdum hyeme ducere nō expediat etſi
poſſet duci.d.l.i.§.quotidiana. Eſtiua āt
ea eſt q̄ eſtate ſola vti expedit ſicut dici/
mus veſtimēta eſtiua ſalt⁹ eſtiuos,caſtra
eſtiua quib⁹ interdū etiā hyeme.plerū/
ꝗ āt eſtate vtamur.d.l.i.§.eſtiua Breui/
ter quotidiana aqua eſt q̄ quotidie duci
poſſet vel hieme vel eſtate etſi aliq̄ mo/
mento tꝑis ducta nō ſit. Eſtiua eſt q̄ q̄/
tidie q̇dē duci poſſet vel ſola eſtate du/
catur aut eſtate tm̄ nō etiā hyeme nō ꝙ
nō poſſit et hyeme.ſeꝺ ꝙ non ſolet. Et
fuit in hac re edictum pretoris tale vti
hoc anno aquam qua de agitur nec vi
nec clam nec precario ab illo duxiſti q̄
minus ita ducas vim fieri veto .l.i.in
prin.et loquitur pretor in hoc interdi/
cto de ea aqua,ſola q̄ ꝑennis eſt.nulla

enim alia duci poteſt niſi que perennis
eſt.d.l.i.§.loquitur.

## De riuis.

Glo.rubꝛice continuat Parū prodeſſꝫ
ius aque de qua ſ̄ dixi niſi liceret pur/
gare riuū Jdeo de hoc dicit vt.ī.e.l.fi.
§.i.et.l.i.§.i. Eſt āt riuus locus ꝑ longi
tudinem depꝛeſſus quo aqua decurrat
Et propoſuit pretoꝛ tale in hac matēia
interdictū Riuos.ſpecus.ſepta refice/
re.purgare aqueducende cauſa quo mi
nus liceat illi dum ne aliter aquam du/
cat ꝙ̄ vti pꝛioꝛe eſtate non vi non clam
non.precario a te duxit fieri vim ve/
to.l.i.in.pꝛin.ī.e. Eſt enī hoc interdictū
vtiliſſimū nam niſi ꝑmittatur alicui re/
ficere alia ratione vſus incōmodabit
d.l.i.§.i.Dicit autem ſpecus locus ex q̊
deſpicitur exponit glo.deſpicit.i.deoꝛ/
ſum aſpicitur et vide glo.in verbo ſpe/
cus que dicit ꝙ ſpecus eſt nomen inde
clinabile Jnueit tn̄ ſpecū vt.ī.e.l.ſeruꝰ
in pꝛin. Et eſt ſpecus locus altus ſup̄
terram edificatus ex quo ducitur aqua
qn̄qꝫ tn̄ ponitur pꝛo foſſa qua recipitur
et colligitur aqua vt ſ̄ de aqua plu.ar.
ſup̄.et ponit qn̄qꝫ ꝓ loco vmbꝛoſo.l.i.di
cit ſpecus eſſe vt ſi quis faciat foueā et
locum eminentioꝛem.vn̄ poſſet pꝛoſpici
aqua in pꝛofūdo collecta vt ponitur in
d.l.ſup̄.alias pꝛo ſubterraneo meatu ita
dicit glo.in verbo ſpecus Septa enim
appellantur que ad incile opponunt aq̄
deriuande compellende ve ex flumine
cauſa.ſiue ea lignea ſint ſiue lapidea ſiue
alia qualibꝫ materia ſint ad continendā
tranſmittendā qꝫ aquā excogitata.d.l.i
§.ſepta Jncile aūt eſt locus depꝛeſſus
ad latus fluminū.ex eo dictꝰ quod inci/
datur.d.l.i.§.incile.Jnciditur enim vel
lapis vel terra.vn̄ pꝛimum aqua ex flu
mine agi poſſet.Jtem foſſe ⁊ putei hoc
interdicto continētur.d.l.§.ſed et foſſe.

## De fonte.

Glo.rubꝛice continuat De aqua du/
cenda dixit.nunc de haurienda Hic ſci
endum ꝙ pretoꝛ taliter pꝛopoſuit inter
dictum Uti de eo fonte quo de agitur
hoc anno aqua nec vi nec clam nec pre
cario ab illo vſus es quo minus ita eo
vtaris vim fieri veto de lacu piſcina
puteo Jdem interdicta.l.vnica.ī.e. Et
hoc interdictum datur ei qui fontana
aqua vti pꝛohibetur hoc eſt ſiue hauri/
re pꝛohibeatur ſiue etiā pecus ad aquā
appellere. Hoc tamen interdictum de
ciſterna non competit nam ciſterna nō
habet perpetuam cauſam nec viuā ha/
bet aquam ex quo apparet in his omni/
bus exigendum vt viua aqua ſit Ciſter
ne autem imbꝛibus concipiuntur .d.l.
vnica hoc autem Deniqꝫ conſtat inter
dictum ceſſare ſi lacus piſcina puteus
aquam viuam non habet .d.l. vnica.§.
deniqꝫ Plane ſi quis ire ad hauſtuꝫ ꝓ/
hibeatur eque interdictū ſufficiet.Que
ro tamen ſi habeo ius hauriendi aquaꝫ
de ciſterna ⁊ vis me impedire quod ius
habeo dicit roffre.in libellis ſuis ſuper
hoc titulo ꝙ habeo hoc interdictum v/
tile licet directum deficiat ſm bar.in.d.
lege.i.

## De cloacis.

Glo.rubꝛice continuat Quia cloace vt
riui indigent purgatione vt fetoꝛ ceſſet
et cōmoditas veniat. ideo ponit hic de
cloacis .Cloaca autem eſt locus cauus
per quam colluuies quedam fluat.l.i.§.
cloaca.ī.eo Cloace appellatiōe et tubus
et fiſtule continentur.d.l.i.§.cloace. Et
eſt tubus foꝛamen cloace vnde purga/
tur colluuies aque ſm glo. in verbo
cloace.Fiſtula eſt alid genus inſtrumēti
ita dicit glo.in ꝟbo fiſtula.in.d.§.cloace

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti Noui

Et hic ponitur tale interdictum. Quo
minus illi cloacā que ex edibus eius ad
tuas ꝑtinet edes qua de agitur purga/
re reficere liceat vim fieri veto et ſic li
cet purgare cloacas etſi quis purgātē
impediat agitur contra eum hoc inter/
dicto. Et poteſt volens purgare cloacā
venire in vicini edes et reſcindere pa/
uimenta purgande cloace gratia ſi per
vicini edes cloaca currit. d. l. i. §. qd ait
pretor et §. vn̄ flauius ꝟ. eo. etſi prohibe/
atur agit hoc interdicto. d. §. flauius. dʒ
tamen purgans cauere de dāno infecto
d. l. i. in prin. et §. verendum Item licet
etiam reficere cloacam et prohibitus re
ficere agit hoc interdicto. Curauit autē
pretor per hec interdicta vt cloace pur
gentur et reficiantur quoꝝ vtrunqʒ et
ad ſalubritatē ciuitatū et ad tutelā ꝑti/
net Nam immundicie cloacaꝝ et celum
peſtilens et ruinas minantur. d. l. i. §. cu
rauit. Et hoc interdictū hʒ locū in pri/
uatis Publice enim cloace publicā cu/
ram merentur. d. l. i. §. hoc autē interdi/
ctuz. Facit enī pretor edictū de publi/
cis cloacis ne quid in cloacam imittas
ne ve facias quo vſus deterior ſit ne ve
fiat. d. l. i. §. fin.

## Quod vi aut clam.

Glo. rubrice continuat Dictuz eſt ſ̄ de
interdictis que reſpiciunt futuruz tem
pus hoc preteritū vel dixit ſ̄ ſeparatiʒ
de vi tam preterita vt interdicto vn̄ vi
q̄ʒ preſenti vt in vti poſſideris nunc de
quodam mixto ſcʒ tam pro vi q̄ʒ pro eo
quod clam factum eſt quod pro preteri
to et preſenti datur vt. ꝟ. e. l. is qui. §. qd
ait pretor. Et nota ſm gl. rubrice ꝙ q̄/
dam dicunt eſſe duo interdicta. Unum
ꝙ vi quando vi eſt factuz. Aliud ꝙ clā
quādo clam quod Jo. non approbat. q̄/
litercunqʒ eniʒ ſit factū agitur quod vi
aut clam. Item de vi tractatur vſqʒ ad
l. iij. in clam poſtea de clam vſqʒ ad §. hec
verba in. l. v. et ibi exponit quod factū
eſt. Dicitur autem vi factum ſi quis cō
tra quam prohibetur fecerit. l. i. §. quid
ſit vi factum. ꝟ. eo. Item qui cum ſciret
ſe prohiberi per vim molitus ne prohi
beri poſſet. d. l. i. §. ſed et ariſto. Clam āt
facere quis videtur Qui celauit aduer
ſario neqʒ ei denūciauit ſi modo timuit
eius controuerſiam aut debuit timere
. l. iij. §. clam. ꝟ. eo. Item qui celandi ani/
mum habet eum quem prohibiturum
ſe intellexit ⁊ id eſtimat aut eſtimare de
bet ſe prohibituru iri. d. l. i. §. Itē ariſto.
Item qui eſtimare debuit ſibi contro/
uerſiam futuram quia non opinionem
eius et reſupinā eſtimationem ſequi o/
porteat ne melioris conditiōis ſint ſtul
ti q̄ʒ periti. l. ſeruus. ꝟ. e. Unde ſciendūz
pretorem in hac re tale edictum propo
ſuiſſe. Quod vi aut clam factuz eſt qua
de re agitur id cuz experiendi poteſtas
eſt reſtituas. l. i. in prin. ꝟ. eo. Et eſt hoc
interdictum reſtitutoriū et per hoc oc/
curſuz eſt calliditati eoꝝ qui vi aut clā
quedam moliuntur Iubentur enim re
ſtituere ea et ꝑui refert vtrum ius faci/
endi habuit. ſiue enī ius habuit ſiue nō
tamen tenetur interdicto propter quod
vi aut clam fecit. tueri enī ius ſuum de
buit. non iniuriam committere. d. l. i. §. i.
et non poteſt ſe aliqua defenſiōe aduer/
ſus vim vel quod clam factū eſt ſe tueri
d. l. i. §. deniqʒ. et ꝑtinet hoc interdictum
ad ſola opa que in ſolo vi aut clā facta
fuerint. l. i. §. hoc interdictū. ꝟ. e. vide glo.
in. d. l. i. §. ꝑui. q̄ determinat q̄ exceptio/
nes videntur ſublate qn̄ ſtatutū tollit
omnes exceptiones contra inſtrumēta
ſententiā vel laudū arbitri et latiꝰ vi/
de ibi per doc. et bar.

## De remiſſionibus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Glo. rubrice cõtinuat Dixit ſ de no/ ui oper. nun. nũc de remiſſione Vel ſic quia nũciatio parit interdictũ quod vi aut clam et remiſſio tollit ideo poſt pce dentem merito hũc ponit Hic ſciendu3 quod ille qui nũciauit nouũ opus ſi habuit ius nunciandi et tenuit nunciatio põt remittere nunciationẽ et poteſt faciẽs continuare opus acſi nũciatio facta nõ eſſet. l. vnica. ꝟ. e. p totum. Et edixit pre/ tor ſic ĩ hac re. quod ius ſit illi prohibẽ ne ſe inuito fiat. in eo nunciatio ten3 ce tex nunciatione remiſſa faciet Et ſunt tres ſm glo. iij. in. l. i. ꝟ. e. vna ex conuen tione. alia a iure. et tertia quia nõ tenet quia poteſt ſperni nã tunc lex habet ꝓ remiſſa.

## De precario.

Glo. rubrice cõtinuat Quia hoc interdi ctũ reſtitutoriũ eſt ſicut ſupius quod vi aut clam Ideo de hoc ponit Eſt aũt pre carium quod precibus petenti vtendũ conceditur tam diu ꝙdiu is qui cõceſ/ ſit patitur. l. i. in prin. ꝟ. e. Et differt a do natione quia qui precario concedit ſic dat quaſi tunc recepturus cũ ſibi libue/ rit precariũ ſoluere. Et eſt ſil'e cõmoda to Nam ⁊ qui cõmodat ſic cõmodat vt non faciat rem accipientis ſed vt ei vti re cõmodata pmittat. d. l. i. ij. ff. Vñ ait pretor quod precario ab illo habes aut dolo malo feciſti vt deſineres habere q̃ de re agitur. Id illi reſtituas. l. ij. in pn. ꝟ. e. et conſiſtit precarium in rebus mo/ bilibus et immobilibus ⁊ ſeruitutibus l. veluti et. l. in rebus. ꝟ. eo.

## De arboribus cedendis.

Hic ſciendum quod ſi arbor alicuius pen/ det in edes alterius tunc poteſt denun/ ciare illi cuius eſt arbor vt eam adimat qui ſi negligat et alter vadit auctorita/ te ꝓpria et ſuccidat et portat arborẽ ſibi cum neminem prohibentem videat nec alias fuerit prohibitus licite facit nam non committit vim cum non fuerit pro hibitus Item non facit clam quia cu3 ius ſibi permittat vt hic non deb3 cre/ dere vel ſuſpicari quod contra iuſtitiam a/ lius ſibi reſiſtat vel controuerſiam faci/ at ſed cum veniret ad incidendum alꝰ ſibi reſiſteret tunc non poteſt ſua aucto/ ritate ſed debet recurrere ad hoc inter dictũ et eſt iſte caſus in. l. i. ꝟ. e. in princi. Eſt enim prohibitorium ne ipi domino edium volenti adimere vim alius faci/ at. et iſta procedunt quando arbor pen/ deat in edes alterius Si autem pende at arbor ſuper fundum alterius tũc nõ habet hoc interdictum locum ad inci/ dendum totam arborem ſed tm̃ vſq3 ad xv. pedes a terra debet coerceri et hoc ne vmbra arboris vicino fundo noceat d. l. i. in fi. et ſic eſt differentia quando ar bor pendet ſuper edes quia tunc debet in totum incidi radicitus. ſi ſupra fun/ dum tm̃ debet per xv. pedes coerceri a terra.

## De glande legenda.

Hic ſciendum quod glandis nomine om/ nes fructus continẽtur. l. vnica in fin. ꝟ. e. Edixit enim pretor in hac materia hoc modo. glandem que ex illius agro in tuũ cadit quo minus illi tertio quo/ q3 die legere auferre liceat vim fieri ve to. l. vnica in prin. ꝟ. e. Unde ſi fructus mei cadunt in tuum fundum licite va/ do ad eos colligendos etſi tu me prohi bes tunc recurro ad iſtud edictu3 quod iudex in tribus diebus debet expedire ſm bar. in. d. l. i. putat autem idem bar. quod ſi eſſent fructus tales quod corrumperẽ/ tur vna die poſſu3 agere quod mihi liceret qualibet die ire ad fructus colligendos Item ſi fructus non corrumperentur nec infra diem neq3 infra tres vel ſi do/ minus fundi fructus collegiſſet et dolo

poſſidere deſiſſet tūc daretur infra annum ſm eum in.d.l.vnica in prin.

## De libero homine exhibendo

Hic ſciendum ꝙ pretor in hac materia tale proponit edictum Quem liberū hominem dolo malo retines exhibeas l.i.in prin.ff.eo. Hoc interdictū proponitur tuende libertatis cauſa videlicꝫ ne homines liberi retineantur a quocꝫ d.l.i.§.i.quia non multum a ſpecie ſeruientium differunt quibus non datur facultas recedendi.l.ij.ff.eo.⁊ pertinꝫ hoc verbum liberum ad omnem liberꝝ hominem ſiue ſit pubes ſiue impubes ⁊c.

## De liberis exhibendis ſeu deducendis.

Hic aduertendum ꝙ hoc interdictum non poteſt per procuratorem exerceri niſi nominatim mandatum ſit et pater valitudine vel alia cauſa impediatur vt ſ de procurato.l.pomponi⁹. Et competit hoc interdictum aduerſus eū quē quis exhibere deſiderat eum quem in poteſtate ſua eſſe dicit. Et datur ei in cuius poteſtate eſt.l.i.ff.eo.in princi. Itē marito datur interdictum de vxore exhibenda etiam contra patrem qui habꝫ eam in poteſtate ſi eaꝫ detineat.l. immo ff.eo. Et ſunt hic duo edicta Primum de liberis exhibēdis de quo ait pretor Qui queve in poteſtate lucij titij ē ſi is ea ve apud te ē dolo ve malo tuo factū eſt quo minus apud te eſſet ita eum eaꝫ ve exhibeas.l.i.in prin.ff.eo. Secunduꝫ eſt de liberis deducēdis cuius ſunt hec verba ſi lutius titius lucij titij eſt quo minus eū lucio ticio ducere liceat vim fieri veto.l.deinde in princi.ff.eo. Eadeꝫ dicenda de vxore exhibenda et deducenda per.d.l.immo et dicit bar.notandum hanc.l.immo. Item habemus qđdam interdictum de liberto exhibendo de quo habetur mentio ſm bar.in.l.ij.ſ de interdic.§.iuris ſui. Ex quo dicit bar. ꝙ quicunqꝫ habet aliquod ius reale in pſonaꝫ propter quod competat actio in rem poteſt intentare interdictū de illa pſona exhibenda ſeu deducenda vñ dominus poſſet agere de aſcripticio exhibendo ſeu deducendo dñs de vaſallo Item abbas de monacho. Item tutor de pupillo.vide aliquid in.c.non eſt vobis.extra de ſponſa.in glo.i.

## Vtrobi.

Quia iſtud interdictū equalem vim hꝫ cū interdicto vti poſſidetis de quo ſ dictum eſt.l.vnica.ff.e. Ideo ponit hic de eo et hꝫ locū de poſſeſſione reꝝ mobiliū ſed vti poſſidetis hꝫ locū in rebus immobilibus.d.l. vnica. Et in hoc edicto vincit qui nec vi nec clam nec precario dum ſuper hoc ab aduerſario inquietaṫ poſſeſſionem hꝫ.d.l.vnica in fi.et quare diuerſa nomina dantur vide glo.in.d.l. vnica ꝗ glo.exponit vtrobi.i. apud quē Iaco.de are. aliter exponit Gl. placet bar.et ex duobus componitur quod eſt vtrum et vbi et ſic vtrum pro apud et vbi pro quem vide quod dixi .C. vti poſſide.

## De migrando

Expone.i.recedēdo ſm gl.rubrice Hic ſciendū ꝙ hoc interdictū daṫ inquilino vt ipſe libere cū reb⁹ ſuis poſſet de habitatione migrare ſi tñ locatori ſatiſfaciat de penſiōe toti⁹ tpis.ff.e.l.i.§.i.⁊.§.ſi penſio Item hoc interdictū vtile illi competit qui gratis inhabitat.d.§.i.daṫ etiā iſtud interdictum colono ſed in colono eſt infrequens.i. minus frequens quia alia actio competit colono ſcꝫ actio ex conducto et officium iudicis vt ſ loca l. et edes.§.ſi inquilinus Ideo raro ad



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iſtud interdictum recurritur ꝓpter alia remedia que cõpetunt ſm bar. in. d. l. i. quicquid glo. dixerit et alij. Inquilinꝰ aũt eſt qui cõduxit predium vrbanũ. colonus qui ruſticum.

## De ſaluiano interdicto.

Dictũ eſt ſ͞ de interdicto quo cõſulitur cõductori. nunc de eo quo cõſulit̃ locatori. Eſt aũt ſaluianũ interdictũ qḋ cõpetit dño fundi pro adipiſcenda poſſeſſione rex̃ illatax̃ in fundũ ſuũ que tacite ſunt ſibi impignorate et datur ꝯ̃ quẽcunqȝ poſſeſſorem etiã extraneũ. l. ij. ꝯ. co. Et differt ab actiõe ſeruiana quia agẽs ſeruiana debet ꝓbare hmõi rem in bonis coloni fuiſſe eo tp̃e quo res fuit illata ſed hoc nõ eſt neceſſarium in interdicto ſaluiano immo ſufficit probare talem rem fuiſſe illatam vide gl. in ꝟ. Itẽ ſeruiana inſti. de act.

# Incipit liber xliiii.

## De exceptionibus ſeu preſcriptionibus et preiudicijs.

Dictũ eſt ſ͞ in pluribꝰ ꝑtibus iuris de actio. et ſ͞ proxi. de interdic. que ſunt arma actoris ſequit̃ de exceptionibꝰ q̃ ſũt arma reox̃ Et quia nomẽ exceptiõis ẽ generale Et q̃dã ſũt p̃ſcriptiões ⁊ q̃dã exceptiones p̃iudiciales Iõ ſubijcit et p̃iudicijs. Exceptio ãt dicta eſt q̃ſi q̃dã excluſio q̃ int̃poni actioni cuiuſcȝ rei ſolet ad excludendũ id qḋ in intentionez cõdemnationẽ ve ductũ eſt. l. ij. in pn. ꝯ. eo. Replicatiões nihil aliud ſũt q̃ȝ exceptiones et a ꝑte actoris veniũt q̃ q̃dẽ ideo neceſſarie ſũt vt exceptiões excludãt. d. l. ij. ꝟ. i. ȝ cõtra replicationẽ opponitur duplicatio et cõtra duplicationẽ triplicatio ⁊ ꝯtra triplicationẽ quadruplicatio et deinceps multiplicant̃ noĩa dum aut̃ reus aut actor obijcit. d. l. ij. ꝟ. illud. Quero tñ quõ differunt exceptio et replicatio Reſpondet glo. exceptiones ſũt ꝑpetue replicatiões tp̃ales Dic breuiter ſm bar. ꝙ q̃dã ẽ exceptio eadẽ ꝙ actio vt eſt exceptio cõpenſationis ⁊ huic p̃ſcribitur. quedã ẽ exceptio ꝓprie et huic nõ preſcribit̃ Quedã eſt replicatio et huic p̃ſcribit̃ ſicut actioni. l. q̃ſitũ ſ͞ de pecu ſm bar. vi. qḋ dixi. C. eo. De p̃iudicijs aũt ſeu p̃iudicialibꝰ exceptionibus vi. in. l. generaliter. ꝯ. e. et in. l. fundũ et dicunt̃ exceptiones p̃iudiciales q̃ p̃iudicãt ne actor cõtinuet actionẽ ȝ vt prius ſuꝑ exceptiõe ꝓcedat̃ vt ſi egi ꝯ̃ te actione ciuili vel crimĩali tu excipis qḋ ego ſum ſeruus tuus ⁊c.

## De exceptiõe rei iudicate.

Dictũ eſt ſ͞ de exceptiõe in genẽ ſequit̃ videre in ſpẽ Dat̃ ãt h̃ exceptio rei iudicate victori ⁊ qñ cõpetit vi. in. l. ſi mater. ꝟ. ij. ꝯ. e. et in. c. ij. de excep. in vi. et ad quos trãſit vi. ꝯ. e. l. ſi a te. ꝟ. Julianꝰ quia trãſit in ſucceſſorẽ etiã emptorem et ſic ſingularem vt ibi vide latius gl. in iuribus ſ͞ alle. et gl. rubrice hic.

## De diuerſis et tp̃alibꝰ p̃ſcriptionibꝰ ⁊ acceſſionibꝰ poſſeſſionũ.

Dictũ eſt ſ͞ in genẽ de exceptl. Item de exceptiõe rei iudicate. vex̃ ꝙ eſt exceptio q̃dã que cõſiſtit in tp̃e Iõ ponit̃ hic iſta rubrica Item quia in preſcribẽdis rebus dat̃ acceſſio poſſeſſionũ. ideo ponitur de acceſſione poſſeſſionũ Sciendũ ꝙ varia ſunt tp̃a preſcriptionum quedam vnius diei. quedam triuȝ diex̃ vt ſ͞ de glan. le. l. vnica. quedaȝ preſcriptio vnius hore. l. diuus ſ͞ de in inte. reſti. quedam xx. horax̃. l. capite quito. ꝯ. de adul. Et eſt tp̃s preſcriptionũ in duplo cõtinuum niſi ſit lege ſpecialiter cautũ ꝙ ſit vtile Bar. dicit hoc procedere nõ in annalibus preſcriptiõibus inductis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a pretore quod nota. Et quid adquirat per preſcriptionē .x. vel .xx. annoꝝ dicit ꝙ vtile dn̄ium notat in .l. vſucapi. ſ. de vſuca. ſm bar.

## De doli mali et metus exceptiōe.

Hic ſciendum ꝙ exceptio doli ex eadem cauſa ꝓponitur ex qua cauſa propoſita eſt de dolo actio .l. ij. in prin. ff. e. et q̄ opponit exceptionē doli eam probabit d. l. ij. § igitur. et ꝓpoſuit pretor hanc exceptionem ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis contra naturalem equitatem proſit .l. i. § i. ff. eo.

## Quaꝝ reruꝫ actio non datur.

Dictum eſt de aliquibus exceptiōibus ſequitur videre de alijs inter quas eſt exceptio iuriſiurādi et dic ad queſtionē rubrice ꝙ qn̄qꝫ a principio nō naſcitur actio vt in turpibus vt. ff. de ver. obli. l. generaliter. quandoqꝫ naſcitur ſed inefficax vt cum dolus vel metus interuenit. C. de inuti. ſtipula. l. dolo. quādoqꝫ efficax ſed poſtea fit inefficax vt per pactum vel ſimilem cauſam vt ſ. titu. i. et ij. non ergo de omnibus hic titulus dicit ſed de quibuſdam et inordinate ſm gl. rub vide .l. i. ff. e. in pn̄. ꝙ iuſiuranduꝫ vicem rei iudicate et non immerito cū ipſe iudicem aduerſarium ſuum facit de cauſa deferendo ei iuſiurandum. et vide d. l. i. in § que onerande. ꝙ propter metū qui eſt ex nimia reuerentia vt quaꝫ mulier habet ad virum et in clerico erga epm reſcinditur promiſſio vt vult glo. in. d. § que onerande. et reuocatur ſm bar. per officium iudicis vide latius ꝑ eum.

## De litigioſis.

Glo. rubrice continuat Quia hec eſt exceptio ideo iſte titulꝯ hic ponitur poſt alias exceptiones vide quod dixi. C. e. et vide .l. i. ff. e. ꝙ litigioſam rem nō facit denunciatio que impedien de venditionis cauſa fit Item rem de qua controuerſia eſt prohibemur in ſacris dedicare. l. fin. ff. eo.

## De actionibus et obligationibꝯ.

Vide quod dixi. C. e. quid ſit obligatio vide ibi et vnde naſcunt vide in .l. i. ff. e.

# Incipit liber xlv.

## De verborum obligationibus.

Glo. rubrice continuat Dictum eſt ſ. de obligationibus in genere modo videamus in ſpecie de obligationibus verborum. Hic ſciendum primo ꝙ ſtipulatio eſt verborum conceptio quibus is qui interrogatur daturum facturum ve ſe id quod interrogatus eſt reſpondet. l. ſtipulationum. § ſtipulatio autem. ff. eo. et ex illa ſtipulatione ſeu verborum conceptione oritur obligatio que dicit verboruꝫ et ſic aliud eſt ſtipulatio aliud ꝟborum obligatio. ſed quidaꝫ dicunt idē eſſe ſm glo. in. d. § ſtipulatio auteꝫ Dic tn̄ ſm bar. Aut accipitur ſtipulatio materialiter pro ipſa conceptione verborū ſicut accipitur in. d. § ſtipulatio et tunc differt ab obligatione verborum ſicut contractus ab obligatione. Aut accipit ſtipulatio ꝓut eſt effectꝯ reſultās ex dicta ꝟboꝝ cōceptione et tūc eſt ideꝫ qꝺ ꝟboꝝ obligatio ſm eū vi. qꝺ dixi. C. de ꝯhen. et cōmit. ſti. et quō dit ſtipulatio a pacto et a pollicitatione vi. C. de pac. vi. tn̄. l. q̄ bis idē. ff. e. vbi ſunt ꝟba tex. q̄ bis idem ꝓmittit ipſo iure amplius q̄ꝫ ſemel nō tenetur. et pōt eſſe ratio ꝙ lex nil fruſtra fieri velit et ſolet hec lex ad hoc allegari.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De duobus reis conſtituendis.

Glo. rubrice continuat Quia in ſtipulationibus de quibus dixit ſ titu. i. plures interueniunt quãdoq; Ideo de hoc dicit vt et inſti. e. in prin. Et quod dicit duobus Idem ſi plures inſti. eo §. duo vide quod dixi. C. e.

De ſtipulatione ſeruoꝝ.

Dictum eſt de ſtipulatione in genere nunc in ſpecie de ſtipulatione ſeruorum Et aduertendum ſm bar. ꝙ vt iſte titulus afferat vtilitatem idem quod hic dicitur de ſeruo tenendũ eſt in monacho ſtipulante vñ vide. l. i. §. e. ꝙ cum ſeruus ſtipulat nihil intẽeſt ſibi an domino. an vero ſine adiectione alterutro coꝝ dari ſtipuletur nã ſemꝑ dño acquirit. §. eo. ſiue mihi vbi dicitur ſiue mihi ſiue ſibi ſiue cõ ſeruo ſuo ſiue impſonaliter dari ſeruus meus ſtipulet mihi adquiret. qñ q; tñ fallit vt ſi ſibi ſtipulet nõ dño ſed ſibi vel altẽi adquirit vt ſi ſe ſtipulet vt §. e. l. ij. Itẽ in ſtipulatione opaꝝ. §. e. l. añ pe. fallit etiã in caſu. l. ſi ſeruus. §. eo. ita vult gl. in. d. l. i. Que etiã q̃rit an ſit dña ſi ꝓcurator ſtipulet ſibi vel dño et dicit ꝙ ſi ſtipulet dño nõ valet niſi ſua interſit ſicut et in quolibꝫ ex̃neo Aut ſibi ſtipulet licꝫ noĩe dñi et tũc adq̃rit vtilem dño. Aliud tñ in tutore et curatore et actore municipiũ nã vtiles q̃rũt cuicũq; ſtipulent ſm glo ꝑalle. vide tñ bar. qui de procuratore ſimpl'r nõ tenet glo.

# Incipit liber xlvi.

De fideiuſſoribus et mãdatorib⁹.

Dictũ eſt ſ de obligationibus ꝑncipalibus ſequit videre de acceſſorijs et ſic de fideiuſſoribus qui accedunt obligationi principali. l. i. §. e. et coꝝ obligatio eſt acceſſio vt. ꝑꝫ inſti. e. §. fideiuſſores. Glo. rubrice ponit dñaꝫ inter fideiuſſorem et mandatorẽ vide eam et vide latius qd dixi. C. eo. vi. tñ. l. i. §. eo. ꝙ fideiuſſor põt accedere omni obligationi.

De nouationibus et delegationibus.

Glo. ru. cõtinuat Dictũ eſt ſ de obligatiõib⁹ ꝑncipalib⁹ et acceſſorijs q̃lit cũq; ꝑhant. nũc q̃lit tollant et ꝑmo ꝑ nouationẽ. Et notat. glo. ꝑalle. ꝙ ꝑ delegationẽ fit nouatio §. e. l. delegare. et idõ tñ poſuit gen⁹ et ſpẽꝫ ꝙ maxĩe tractat de ea nouatione q̃ fit ꝑ delegationẽ Eſt ãt nouatio prioris debiti in aliã obligationẽ vl' ciuilẽ vl' naturalẽ trãſfuſio atq; trãſlatio. l. i. §. e. hoc eſt cũ ex ꝑcedenti cã ita noua cõſtituat vt prior ꝑimat et accepit nomẽ a nouo et a noua obligatione. d. l. i. Delegare ãt eſt vice ſua alium dare reuꝫ creditori vel cui iuſſerit Fit ãt delegatio vel ꝑ ſtipulationem vel ꝑ liti. conteſtationẽ. l. delegare. §. e. dicit tñ gl. ꝙ hodie nõ fit delegatio niſi ꝑ ſtipulationẽ et quõ fiebat delegatio ꝑ liti gl. ꝑreal. declarat vide eam.

De ſolutiõib⁹ et liberationibus.

Glo. rub. cõtinuat Dixit de nouationibus q̃ equalẽt ſolutionib⁹ vt ſ titu. i. l. ſi rem. nũc generaliter de ſolutionib⁹ et eſt ſolutio reꝝ et ita in facto ſed liberatio obligationũ ſiue cõtingat liberatio ipo iure ſiue ope exceptionũ ſm pre alle. glo. vide tamen quod latius dixi. C. eo.

De acceptilationibus.

Glo. rubrice continuat Dixit de naturali liberatione nũc de ciuili vel dixit de liberationibus in genere nũc in ſpecie. Eſt aũt acceptilatio liberatio ꝑ mutuam interrogationem qua vtriuſq; cõtingit ab eodem nexu abſolutio. l. i. §. eo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vide quod dixi.C.e.et ibi declaraui hãc diffinitionem et vide glo.in p̃alle.l.i.

## De pretorijs ſtipulationibus:

Glo.rubrice cõtinuat Dixit s̃ de ꝟ.obli.de ſtipulatione in genere nũc in ſpecie Vel Ibi de ciuilib⁹ dixit.h de pretorijs. Hic ſciendum ꝙ hic loquitur de pretorijs ſtipulationibus id eſt de illis que ſunt inuente a pretore Et iſte pretorie ſtipulationes ſunt triplices ꝗ aut iudiciales aut cautionales alias cõuentionales. Aut communes.l.i.in prin.ꝭ.e Iudicialis dicitur que ꝓpter iudicium interponitur vt ratum fiat vt iudicatũ ſolui et ex opis noui nũciatione Et breuiter ſm bar.poſt glo.omnis ſtipulatio pretoria que reſpicit effectum ſententie debet dici iudicialis et ideo ſtipulatio de op.no. nunciatione interponitur de ope demoliendo quatenus per ſententiã appebit iniuſte edificatuz et ideo ꝗ reſpicit effectum ſententie dicit̃ iudicialis vt.l.ſtipulatio.§.habz aũt.s̃ de oper. no.nunci. Cautionales ãt ſunt que inſtar actionis habent et vt ſit nouatio intercedũt vt de legati ſtipulatione et de tutela et ratam rem habere et damni infecti.d.l.i.§.cautionales et iſte ſtipulationes cautionales differunt a iudicialibus quia cautionales nõ interponunt̃ reſpectu alicuius ſententie ſed iudiciales ſic.Et qualiter iſte habẽt inſtar actionis dicit glo.quia ſicuti per actionem agimus vt quid nobis detur vel fiat et ab inuito extorquemus ita iſtas ſtipulatiões exigim⁹ ab inuitis Fallit in ſtipulatione rẽ ra.haberi que non exigit̃ ab inuito. Dynus primo reprehendẽs gl. dicit eã ſaluando ꝙ glo.habuit hunc intellectũ ꝙ omnes ſtipulationes de quibus hic loquitur poſſunt principaliter peti et ideo habent inſtar actionis p̃ter ꝗ̃ ſtipulatio rem ra.haberi que non petitur principaliter ſed per modũ exceptionis vide latius hic bar. qui ꝑtat idem in ſtipulatione rem ra.ha.quod in alijs.Communes ãt ſunt ſtipulationes que fiunt iudicio ſiſti cauſa. ⁊ dicuntur communes quia ꝑtim reſpiciunt ꝓceſſũ iudicij ꝑtim ſententiam iſta placz bar. gl. tñ ponit alias que non placẽt vide latius hic ꝑ bar.

## Rem pupilli ſaluam fore vel adoleſcentis

Glo.rubrice continuat Dixit de p̃torijs in genere nunc in ſpecie Hic ſciendum ꝙ cum pupillo rem ſaluam fore ſatiſdatum eſt agi ex ea tunc poteſt cuz et tutele poteſt.l.i.ꝭ.e.et ergo hac ſtipulatione tenetur qui tutor et qui pro tutore negocia geſſit.l. non quaſi.§.illud.ꝭ.e.

## Judicatuz ſolui.

Glo. rubrice cõtinuat Dixit de p̃torijs ſtipulationib⁹ in genere et ꝓſecut⁹ eſt vnã ſpẽz nũc ꝓſequit̃ aliã Hic q̃rit̃ primo a q̃ iſta cautio dz p̃ſtari ſiue interponi.Glo rñdet ꝙ olim a quocũqz ſuo vł alieno noĩe cõuẽto reali vel ꝑſonali actione.hodie nõ p̃ſtat̃ ab eo q̃ ſuo noĩe cõuenit̃ inſti.de ſatiſ.in ꝑn. et.§.ſʒ hodie bar.rep̃hẽdit gl.in q̃tũ dicit ꝙ p̃ſtabatur olim a cõuẽto ſuo noĩe impꝑſonali ⁊ interponitur añ liti.conti. ſm alle.glo. qđ intellige niſi ꝓcurator interuenerit p⁹ liti.conti.ꝗ tũc etiã interponet̃.l.ij.C.de conſor.eiuſdẽ.li.ſm bar. Et contin3 hꝫ ſtipulatio iudicatũ ſolui in ſe tres clauſulas.pͥma de re iudicata ſoluẽda. ſcđa de defendẽda re.i.cauſa. tertia de dolo ſcz qđ abſit .l.iudicatũ iſtic. gloſ.ꝭ.eo.et vi.l.cũ lite.ꝭ.e.ꝙ ꝑempta inſtãtia liberatur fideiuſſor iudicatũ ſolui vbi etiã vide gl.et bar.ad longũ an finita cauſa valeant pͥma acta de quo ꝑ Inno.et doc.in c.albric⁹ ex̃ de teſti. Itẽ fideiuſſor acceptus in pͥma cauſa nõ tenet̃ in eo qđ iudicat̃ in cã appellatiõis niſi aliud actuz ſit.l.fi.ꝭ.e.vbi tñ vi.latius ꝑ bar.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Rem ratam haberi et de ratiha/
bitione.**

Iſta rubrica duas habꝫ partes Prima
rem ratam haberi hoc eſt de iſta ſtipu/
latione rem ratam haberi Secunda de
ratihabitione hoc eſt qualiter poſſet ra
tum haberi ſm bar.poſt gl.rubrice Iſtã
autem cautionem rem ra.ha.preſtat pro
curator vt patꝫ in.c.i.extra de procu.⁊
ibi vide glo. quando ſit admittendus
ꝓcurator actoriſ.cũ cautõne de rato.ſꝫ ꝓ
curator rei dat cautionem iudicatũ ſol/
ui vt dixi ſ͞ titu.proxi.et vide in.c. man
dato extra de procu. Et agitur ex ſtipu
latione rem ra.ha. ad intereſſe .l.ij.ꝟ.eo.
Unde ſi titius nomine meo petit a te
centuꝫ que mihi debebas a quo ſtipula
tus es de rato ſi ego non habeo ratum
ages contra titium procuratorem non
ad centum ſed ad intereſſe ſm glo.in.d.
l.ij.vide etiaꝫ.l.ſi commiſſa.ꝟ.e. que dicit
ꝙ in tantũ competit in q̃ntum mea in/
terfuit id eſt q̃ntum mihi abeſt q̃ntum
ꝗ lucrari potui.et ſic nota hanc.l.ꝙ in/
tereſſe eſt damnum emergens et lucruꝫ
ceſſans hoc probat iſta.l. de quo vide
quod dixi.C.de ſen.que pro eo quod in
tereſt profe.

# Incipit liber xlvii.

## De priuatis delictis.

Dictum eſt ſ͞ de obligationibus deſcen
dentibus ex contractu ſequitur videre
de actionibus deſcendentibus ex deli/
ctis quia ex delictis q̃nꝗ oriuntur ob/
ligationes ad priuatam vtilitatem Itẽ
oriuntur quandoꝗ accuſationes priua
te.quando oriuntur accuſationes pub/
lice premittit hic de priuatis delictis
quia maiorem conformitatem habent
cum precedentibus.in ſequentibus di/
cit de publicis iudicijs et ſic hic tracta/
tur de obligationibus que oriuntur ex
priuatis delictis pro quibus agitur ad
priuatam vtilitatem vt eſt furti damni
dati ex lege acquilia.vi bonorum rapto
rum et iniuriarum Et circa iſta delicta
traduntur certe regule Una ꝙ in om/
nibus actionibus que ex delicto naſcũ/
tur ſiue ciuiles ſint ſiue pretorie hoc pla
cet vt noxa caput ſequatur .l.i.in fin.ꝟ.e
Secunda regula ꝙ quicunꝗ actionem
pro priuato delicto intendit ciuiliter.
id eſt pro intereſſe ſuo non tenetur ſe
ſubſcribere ſi ordinario iure vtitur ſi
extra ordinem eius rei penam exerce/
re velit.id eſt accuſationem vt pena im
ponatur et ſic ad vindictam tunc ſub/
ſcribere eum crimen oportebit.l.fi.ꝟ.eo.
De ſubſcriptione intellige vt ꝟ. de ac/
cuſatio. l. libellorum. De tertia regula
vide.l.ij.ꝟ.e.in princi.ꝙ nũꝗ plura deli/
cta concurrentia faciunt vt vllius im/
punitas detur neꝗ delictum ob aliud
delictum minuit penam.qui ergo homi
nem ſurripuit et occidit quia ſurripuit
furti tenet quia occidit acquilia nec al/
tera harum aliam conſumit vt ibi latiꝰ
per glo.et bar.qui late materiam huius
l.examinat.

## De furtis.

Uide quod dixi.C.de fur.et ſeruo cor/
rup.et vide .l.i.ꝟ.e. que dicit vñ dicitur
furtum et quid ſit furtũ dixi.C.e.

## De tigno iniuncto.

Glo.rubrice continuat Dictum eſt ſ͞ de
fur.in genere ſed quia iniungere tignũ
alienũ ſuis edibus eſt ſpẽs furti ponit
rubrica de tigno iniũcto Gl. ponit ali/
as conti.vi.cã et dicit bar.hic poſſe ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Digeſti Noui.

dere ad rubricā de furto ꝑ tigno iniū/
cto. Hic ſciendū ꝙ appellatiōe tigni ve
nit oīs materia ex qua edificiū conſtat
l.i.§.tigni.ꝭ.e.vn̄ et tegulā et lapidē et te
ſtam cetera ꝗꝫ ſi qua edificijs ſunt vtilia
appellant Tigna eī a tegēdo dicta ſunt
ꝭ.de ꝟ.ſig.l.tigni. imo et calx et harena
tigni appellatione continent̄.et oīa ncā
ria in vineis puta ꝑtice que ponunt̄ in
longū vt vites ſuſtētēt̄.et pedamēta q̄
figunt̄ in terrā.ꝭ.e.l.i.§.hoc ampli⁹. Vn̄
ſi quis tignū alienū edibus ſuis vel vi/
neis habet iniunctū lex xij. tabu.nō ꝑ/
mittit ſoluere nec vendicare.l.i.in prin.
ꝭ.e.ne edificia diruant̄ vel vinee tur/
bentur vt ibi ſed in eū qui conuictus ē
iniūxiſſe in duplū dat act̄.d.l.i.in ꝑn.

## Si quis teſtamento liber eſſe iuſ/ ſus fuerit et poſt mortem domini an te aditam hereditatē ſurripuiſſe aut corrupiſſe quid dicatur.

Glo.rubrice continuat Habuim⁹ ſ̄ de
furtis in genere perpetratis a quacūqꝫ
ꝑſona et in quacūqꝫ re mobili et de quo
dum ſpeciali ſcilicꝫ de tigno iniuncto ſe
quitur modo videre de quodam alio et
dic ad queſtionem rubrice vt in edicto
pretoris de quo.in.l.i.in prin.ꝭ.eo.cuius
hec ſūt ꝟba Si dolo malo eius q̄ liber
eē iuſſus erit poſt mortem domini ante
aditam hereditatem in bonis que eius
fuerint qui eum liberum eſſe iuſſiſſet fa
ctum eſſe dicetur quo minus ex his bo
nis ad heredem aliquid perueniret in
eum intra annum vtilem dupli iudiciū
dabo vide latius in.d.l.i.Et habet hec
actio in factum naturalem potius ꝙ̄ ci/
uilem in ſe equitatem. ſiquidem ciuilis
deficit actio ſed natura equum eſt non
eſſe impunitum eum qui hac ſpe auda/
cior factus ē quia neqꝫ vt ſeruum ſe. co
erceri poſſe intelligit ſpe imminentis
libertatis neqꝫ vt liberum dānari quia
hereditati furtum fecit.ꝭ.e.l.i.§.i.

## Furti aduerſus nautas caupones ſtabularios.

Glo.rubrice in effectu querit de diffe/
rentia inter hunc titulum et titulum ſ̄
nau.cau.ſtabu.et glo.ponit differentiā
que ſibi non placꝫ ſed remittit ad illum
titu.ſ̄ nau.cau.ſtabu. Roffre in libellis
ſuper hoc titulo dicit ꝙ inter titulū iſtū
et illū nulla ē differentia etſi dicat̄ qua/
re fecit duos titulos Reſpondeo quia
hic tractabat de quibuſdam furtis ſpe/
cialiter ideo voluit facere titulum ſpe
cialem que in alio titulo ponuntur inci
dēter Hec opinio placꝫ bar. ſed opinio
glo.communiter tenetur de qua dic vt
in rubrica ſ̄ nau .cau.ſta. vide.l.i.ꝭ.eo.in
prin.vbi ſūt hec verba. In eos qui na/
ues cauponas ſtabula exercent ſi quid
a quoquo eoꝝ quaſve ibi habebūt fur
tum factum eē dicet̄ iudiciū datur ſiue
furtum ope ⁊ conſilio exercitoris factū
ſit ſiue eorum cuius qui in ea naui naui/
gandi cauſa eſſet vt ibi. Nauigādi autē
cauſa accipe debemus eos qui adhiben
tur vt nauis nauiget hoc eſt nautas et
in duplum actio eſt cuꝫ in caupona vel
naui res perierit ex edicto pretoris ob
ligat̄ exercitor nauis vel caupo ita vt
in ꝑtāte ſit eius cuius res ſurrepta ſit
mallet cum exercitore honorario iure
An cum fure iure ciuili experiri.d.l.i.
§.nauigandi. Caupo autem non pre/
ſtat factum viatorum nam caupo vel
ſtabularius non videtur ſibi eligere vi/
atorem nec poteſt eum expellere tanqꝫ
eius mores noſcens ſed tenetur preſta/
re factum eorum qui habitant in cau/
pona vel qui ibi ſunt cauſa exercende
caupone.d.l.i.§.caupo. Item nec in na/
ui vectoris factuꝫ preſtatur id ē eorum
qui in naui vehuntur.d.l.i.in fi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Tituli Libri xlvii.

## Si familia furtū feciſſe dicaꝶ.

Quia ſpēalia quedā ſeruāꝶ in h̄ fur/
to cōmiſſo a familia Jō poīt hūc titulū
Hic ſciēdū ꝙ iſte titulꝰ nō īducit nouā
actionē ſ; eſt q̄dā additio ꝑ quam pena
minuiꝶ ſm bar. hic in rubrica vn̄ ſi plu/
res ſerui vnꝰ dn̄i ꝯmittūt furtū daꝶ ar
bitriū dn̄o ꝑ hoc edictū vt ſi quidā ve/
lit dedere oēs noxios ſeruos poſſ; oēs
dedere q̄ ꝑticiparūt furtū enīuero ſi ma
luerit eſtimationē offerre tantū offerat
q̄ntū ſi vnꝰ liber furtū feciſſet et retine
at familiā ſuā. l. i. ī pn̄. ff. e. hoc nō ꝓcedit
ſm bar. in vna familia plⁱum hoīm libe
roꝝ ꝙ tūc q̄lib; teneꝶ ⁊ nō ſufficit ſi do
minus ſeu paterfamilias velit preſtare
eſtimationē acſi vnꝰ liber deliquiſſ; et
daꝶ h̄ facultas dn̄o qn̄ ignorat furtū fa
ctū eē alias nō. d. l. i. § h̄ āt et intelligiꝶ
hic ſcire q̄ ſcit et potuit ꝓhibere. ſcia;
ꝙo ſpectare debemꝰ q̄ h; et volūtatē. ce
teꝝ ſi ſcit et ꝓhibuit vtetur hoc edicto
d. l. i. § is āt.

## Arboꝝ furtim ceſaꝝ:

Quia in hac actiōe arboꝝ furtim ceſaꝝ
quedā ſūt ſpēalia iō de hoc ponit. Hic
ſciendū ꝙ arbores furtim ceſe videnꝶ
que ignorāte dn̄o celādi cā ceſe cā eiꝰ cedūꝶ
nec eſſe hāc furti actionē Pediꝰ ſcribit
cū et ſine furto fieri poſſ; . l. furtim. i. et
ij. ff. e. ſed ſi furtim arbores ceſe ſūt et ex
lege acq̄lia et ex lege xij. tabu. daꝶ actio
furtim ceſarū. l. i. ff. e. Et dn̄t puniri tāq̄
latrones q̄ arbores et maxīe vites ceci
derint. l. ij. ff. e. Glo. dicit hoc ꝓcedē ſi a/
gaꝶ crimīaliꝶ ſecꝰ ſi ciuiliꝶ. ff. e. l. facienda
Latrones eī ait gl. fur. c. ſuſpēdūꝶ deīn
beſtijs ſubijciūꝶ ff. de pe. l. capitaliū Eſt
āt cedere arbores nō ſolū ſuccidē ſ; eti
am ferire cedēdi cā. l. cedere. ff. e. Si aūt
radiciꝰ arborē q̄s euulſerit vl' extirpa
uerit hac acꝶ. nō teneꝶ. teneꝶ tn̄ lege ac/
quilia. Quid āt veniat appellatione ar/
boꝝ. dic vitē cōtineri appellatiōe arbo/
ris. Itē hedere et arūdines. idē dicēdū
de ſalicto ſi radices egerit. l. vitē in pn̄.
et § i. ⁊ ij. ff. e. Expone ar. fur. ce. id eſt de
ac. ar. fur. ce.

## Vi bonoꝝ raptoꝝ.

Gl. ru. ꝯtinuat Dictū ē ſ͞ de furto nunc
ſequiꝶ vidē de rapina q̄ manifeſte fit vi
de qꝺ dixi. C. e. et. l. i. ff. e. ꝙ q̄ rem rapuit
furti nec manifeſti teneꝶ in duplū et vi
bonoꝝ raptoꝝ in quadruplū ſed ſi ante
actū ſit vi bonoꝝ raptoꝝ denegāda eſt
furti actio ſed ſi an̄ furti actū eſt nō eſt
illa denegāda actio. vt tn̄ id qꝺ in ea eſt
amplꝰ cōſequaꝶ. d. l. i. et expone vi bōꝝ
rapto. i. de acꝶ. vi bo. rap.

## De incendio ruina naufragio ra te naue expugnata.

Quia in incēdio ruina et naufragio
ſolet cōmitti furtū et rapina Jō hūc ti/
tulū ſupponit et expone. i. de actiōe ſeu
interdicto que daꝶ ꝓ furto et rapina et
dāno tpe incēdij ruine vl' naufragij cō/
miſſis. Vn̄ ſciendū ꝑtorē taliꝶ edixiſſe
hic in eū q̄ ex incēdio ruina naufragio
rate naue ꝗ; expugnata q̄d rapuiſſe re/
cepiſſe dolo malo damni ve quid in his
rebus dediſſe dicetur in quadruplū in
anno quo pmū de ea re expiundi ptās
fuerit poſt annum in ſimplū iudiciū da/
bo. Item in ſeruū et familiā noxale iu/
diciū dabo. l. i. in pn̄. ff. e. Et dr̄ rapere ex
incendio q̄ ꝓpter incēdiū hoc eſt ꝓpter
tumultū incendij vel ꝓpter trepidatio/
nem incēdij rapuit nō ſolū ſi ex igne ra
puit. d. l. i. § ex incendio. Item ruine ap/
pellatio refertur ad illud tp̄s quo rui/
na fit nō tm̄ ſi ex his que ruerint tulērit
q̄s ſed etiā ſi ex adiacentibus. d. l. i. § rui
ne. Ex naufragio āt videꝶ rapere ſi q̄s
eo tpe et loco tulerit quo naufragiū fit
ſed ſi alio tpe hoc eſt poſt naufragiū tu
lerit magis fur eſt q̄ hoc edicto teneaꝶ
d. l. i. in fi. et. l. ij. in prin. ſubijciꝶ in rubca

# Digeſti Noui

et in edicto ꝑtoris rate naue expugnata Expugnare enĩ dicitur qui in ipo q̄ſi prelio ⁊ pugna aduerſus nauē ⁊ ratem aliquid rapit ſiue expugnat ſiue predonibus expugnantibus rapuit.d.l.ij.§.deinde Et ait labeo equũ fuiſſe vt ſiue de domo aut in villa expugnatis aliq̄d rapiatur huic edicto locus ſit.non enĩ minus in mari q̄ꝫ in villa.i. non minus in villa q̄ꝫ in mari ſꝫm glo. per latrũculos inquietamur vel infeſtari poſſumus.d.§.deinde .vnde expugnatur nauis cum ſpoliatur aut mergitur aut diſſoluitur aut pertunditur aut funes eius pſcinduntur aut vela conſcinduntur aut anchore inuolantur id eſt ſubtrahantur de mari vel expugnatur.ꝟ.eo.Et vide.d.l.ij.§.ſenatuſcõſultũ ꝙ ſi quis ex naufragio clauos vel vnum ex his abſtulerit omniũ rerum nomine tenetur Et quorum fraude aut conſilio naufragi ſuppreſſi per vim fuiſſent ne naui ſibi vel periclitantibus opitulentur puniunt̄ pena legis cornelie de ſiccarijs vt ibi. Item qui edes aceruũ q̄ꝫ frumenti iuxt̄ domum poſitum cõbuſſerit igne necarī iubetur ſi ſciens id fecerit.ſi vero caſu id eſt negligentia aut noxam ſarcire iubetur aut ſi min⁹ idoneus ſit leuius caſtigatur.et appellatione edium omnis ſpecies edificij cõtinetur.l.qui edes.ꝟ.e. ſi fortuito incendium factum ſit venia indiget niſi tam lata culpa fuit vt luxurie aut dolo ſit proxima.l. ſi fortuito.ꝟ.e. Qui autem in ciuitate data opa incendium fecerint ſi humiliori loco ſint beſtijs ſubijci ſolent ſi in aliquo gradu exiſtentes capite puniuntur aut in inſulā deportantur .l.fi.ꝟ.eoꝛ

## De iniurijs et famoſis libellis.

Gl.rubrice cõtinuat Si in rebus meis deliquiſti dixit.nunc ſi in me ipo vide qđ dixi .C.eo. de iniu.et.C.de famo.li.

## De extraordinarijs criminibus.

Glo.rubrice cõtinuat duobus modis. ſup̄ dictum eſt de priuatis et nominatis criminibus nũc de innominatis ponit etiam aliam cõtinuationē vide gl. Hic ſciendum ꝙ ſollicitatores vxorum nuptarum licet intentio eorum non ſortiatur effectum extra ordinem puniuntur .l.i.in princi.ꝟ.eo.Iteꝫ qui fumo corrupto aliquem perfuderit et ceno luto obliuerit Aquas ſpurcauerit id eſt contaminauerit Eſt tamē proprie ſpurca quod ab ore porci cadit.d.l.i.§.fit iniuria iunc. glo. Item mulier que data opera partum inanimatum abegerit nā indignum eſſet per eam poſſe impune fraudari maritum liberis.l. diuus iunc. glo.ꝟ.eo.ſi tamen pecunia hoc fecerit capite punitur .l.cicero.ꝟ. de pe. ſi autem partus eſſet animatus tunc mulier puniretur.l.pompeia. de parici ſꝫm bar.in d.l.diuus vide in gl.c.ſicut extra de homi. Item plures alij enumerantur in hoc titulo qui extra ordinem puniunt̄ vide per te. Aduertendum tamē ꝙ vbi lex dicit extra ordinem intelligitur iudicis officio.l. ſi cui ꝫ de condi.et de. vnde quando non eſt ſtatuta ordinaria pena in iure pro criminibus ſed iudex ex bono et equo arbitrabitur quid facto opus ſit.ꝟ.eo.l. ſaccularij.§.ſunt q̄daꝫ tunc dicuntur extraordinaria.

## De ſepulcro violato.

Vide quod dixi.C.e.Et competit hoc interdictum contra eum qui violauit et datur ei ad quem pertinet q̄nti ob eā rem equum eſſe videbitur.l. pretor in princi.ꝟ.eo.et condemnatur iudici ſi ad neminem ptineat.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## De concuſſionibus.

Hic ſciendum ꝙ crimen concuſſionis
committit qui pretextu dignitatis vel
officij ſibi cōmiſſi aliquos premit vt in
glo.l.i.ff.eo.vt ſi extorquet cōminando a
liquid ab inuito. et punitur committēs
hoc crimen pena quadrupli.l.q. vij.c.
ſanximus in fi.⁊ tam laicus ꝙꝫ clericus
punitur xxiij.q.i.c.militare et hoc cri/
men non eſt publicum ſed ſi ideo pecu/
niam acceperit quis ꝙ crimen minatus
ſit poteſt publicum iudicium eſſe.l.ij.ff.e.
vbi tamen vide latius glo.et doc.

## De abigeis.

Qui autem dicuntur abigei vide in.l.i.
ff.e.et quod dixi.C.e. Et dicuntur abi/
gei qui pecora ex paſcuis vel armentis
ſubtrahunt et quodammodo depredan
tur et abigendi ſtudium quaſi artem ex/
ercent equos de gregibus vel oues de
armentis abducentes.d.l.i. et puniunt
duriſſime et ad gladium damnari ſo/
lent ſed non vbiꝫ ſed vbicūꝫ frequē/
tius eſt id genus maleficij.d.l.i.in p̄nci.

## De preuaricatoribus.

Eſt autē preuaricator quaſi varicator
qui diuerſam partem adiuuat prodita
cauſa ſua Unde dicitur preuaricator ꝗ
publico iudicio accuſauerit ficticie ad
mittendo falſas defenſiones.et bonas
probationes diſſimulando vide in.d.l.i
et ſic eſt preuaricator qui eſt cum vno
corpore.cum alio animo vt p₃.ff.co.l.i.
per bar.

## De receptatoribus.

Hic ſciendum ꝙ peſſimuz eſt genus re
ceptatorū ſine quibus latere nemo diu
poteſt et precipitur vt pinde puniātur
atꝫ latrones In pari etiam cauſa ſunt
habendi qui cū apprehendere latrones
poſſent pecunia accepta vel ſurreptorū
ꝑte dimiſerunt.l.i.ff.eo. Hoc tamen non
procedit ſi quis receptauerit cognatuz
vel affinez .l.fin.ff.eo.

## De furibus balnearijs.

Hic ſciendū ꝙ quedam ſunt furta do/
meſtica non publice coercenda.l.reſpici
endum.§.furta.ff.de pe. Dicunt enim do/
ctores ꝙ nullus famulus pro furto in
domo cōmiſſo mori debet ſed fures bal
nearij et ſaccularij extra ordinem audi/
endi ſunt et cauſa cognita puniendi
ſunt.ff.eo.l.i. hoc eſt officio iudicis. Et
etiam fuſtigantur glo. eſt in.l.ſi ſe alias
cuz te ē de his qui no.infa. Itez miles
qui in furto balneario deprehenſus eſt
ignominoſus efficit.l.fi.ff.eo.

## De effractorib⁹ ⁊ expilatoribus.

Hic ſciendū ꝙ hi qui de carcere erupe/
runt ſiue effractis foribus ſiue conſpira
tione cū ceteris qui in eadem cuſtodia
erunt capite puniendi ſunt ꝙ ſi per neg
ligentiam cuſtodum euaſerunt leuius
puniendi ſunt.l.i.in prin.ff.e. Item effra
ctores qui frangunt parietes vel ianu/
as vt ſurripiant extra ordinez pro mo/
do admiſſi criminis puniuntur .d.l.i.
§.ſed eniz diuus marcus. Et hi varie
puniuntur nam nocturni cum atrocio/
res ſint fuſtibus ceſi/in metallum dam/
nari ſolēt.diurni vero effractores poſt
fuſtium caſtigationem in opus perpe/
tuum vel temporarium dandi ſunt.l.fi.
ff.eo. Et ſubijcit de expilatoribus here
ditatum ſm glo .in.d.l.i.in.§. expilato/
res que dicit ꝙ melius ſtaret in titulo
ſequenti Hi eniz expilatores ſunt atro
ciores fures et ſunt extra ordinem pu/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niendi.ff.§.expilatores et.l.i.ꝭ.titu.prox.
quia quando a lege non eſt certa pena
impoſita arbitrio iudicantis cā cogni/
ta venit imponenda.ff.§.expilatores v/
bi tex.ad hoc ſemper allegatur Et dici
tur expilator qui ante aditā heredita
tem vel poſt aditam ſcꝫ anteꝗ̄ res ab
herede poſſeſſe ſunt rem hereditariam
ſubtrahit.l.ij.§.i.ꝭ.e.quia rei hereditarie
et rei que ſine domino eſt non fit furtū
l.ſi hereditaria.ꝭ.co.

## De crimine expilate hereditatis

Uide quod dixi.C.e.et ſ̄ titu.proxi.

## De crimine ſtellionatus

Uide quod dixi.C.e. et quod habetur
in.l.iij.ꝭ.co.circa prin.que dicit ꝙ vbicū
ꝗ̄ titulus criminis deficit illic ſtelliona
tus obijciemus. maxime autem in his
locum habet ſi quis forte rem alij obli/
gatam diſſimulata obligatione per cal/
liditatē alij diſtraxit vel ꝑmutauit vel
in ſolutum dederit nam he omnes ſpe/
cies ſtellionatus continent.ff.l.i.vbi vi
de plura exempla.

## De termino moto.

Et dī terminus motus qn̄ lapis vel a/
lia res que ponitur pro termino cauſa
finiū diſtinguendorum inter agros con
tiguos amouetur Unde ſciendū ꝙ qui
terminos ſtatutos extra ſuū agrum fi/
nes ve mouerint dolo malo pecuniaria
pena conſtituta eſt.naꝫ in terminos ſin
gulos quos eiecerint loca ve mouerint
quinquaginta aureos in publico dare
iubentur.l.agraria.ꝭ.e.et iſta pena appli/
catur fiſco ſm bar.ibi.⁊ intelligitur qđ
hic dicitur de pecuniaria pena ſtatuta
in termino moto inter agros et non in
ter edes et edes vbi non eſt pecuniaria
pena ſtatuta vide latius glo.fi.in.ff.l.a/
graria q̄liter punit̄ qui lapides mouit.

## De collegijs illicitis et corpibus

Hic ſciendū ꝙ tres faciunt collegiū.ꝭ.
de ver.ſig.l.neratius ſm gl. rubce quā
bar.approbat Et eſt differētia inter col/
legiū et corp⁹ quia collegiuꝫ dicitur ꝓ/
prie quādo ſimul habitant. quod ſic di/
ctum eſt quia ſimul colliguntur. Corp⁹
dicitur proprie ſiue ſimul habitant ſiue
non.habent etiam ex conſuetudine alia
noīa Quedam collegia appellantur ſoci
etates.quedam appellantur fraternita/
tes.Un̄ illi de illo collegio dicunt̄ con/
fratres de quo in.l.fi.ꝭ.co.ſm bar.in ru/
brica.Aduertendū tamen ꝙ omnia col
legia ſunt illicita niſi repiantur ꝑmiſſa.l
collegia.§.in ſumma.ꝭ.e. et talia collegia
illicita diſſolui debent.ff.l.collegia.

## De popularibus actionibus:

Hic ſciendum ꝙ popularis actio dicit̄
que competit cuilibꝫ de populo vt ſen/
tit glo.rubrice hic et vide.l.ij.ꝭ.e. Et he
actiones non ſunt rei perſecutorie ſed
tendunt ad vindictam ſm glo.p̄ealle.
Sꝫ tūc quero Utrū pro pena imponē/
da pro priuato delicto admittatur qui/
libet accuſator Dicit gl.ꝙ aut agitur ad
imponendam penam corporalem et tūc
nō admittitur quilibꝫ ſed ille tm̄ admit
titur cuius intereſt Aut agitur ad pe/
nam pecuniariam et tunc quilibet de po
pulo admittetur ſed ſi plures veniunt
admittit̄ idonei or et hoc dicit bar.mul/
tum notandum pro ſtatutis que impo/
nunt penam pecuniariā pro delictis vt
admittatur quilibꝫ de populo ad accu/
ſandum.et dicit ipe hoc menti tenendū
et vide latius per eum poſt glo.rubrice
que etiam ponit varia exempla. Item
oēs actiones populares neꝗ̄ in hēdes
dant̄ neꝗ̄ ſup annū.l.fi.ꝭ.e.

# Incipit liber xlviii.

## De publicis iudicijs:

Glo. rubrice continuat Dictum eſt de accuſationibus que pecuniariter mouē tur nunc proſequitur de accuſationibꝰ que mouentur in corpus Iſta cōtinua/ tio non eſt bona quia etiam in precedē/ tibus dictum eſt de accuſationibus que mouentur in corpus vt. l. diuus et. l. vl. ſ. de iniu. et. l. vl. ſ. de fur. et. l. vl. ſ. de p/ ua. delictis Unde quidam habent non de accuſationibus ſed de actionibus et illa melior et ſic tunc continua Dictum eſt ſ. de actionibꝰ ciuilibus que intentā/ tur ad ptis profectum nūc ſequitur vi/ dere de actionibus criminalibus que mouentur ad vindictam. Et dicunt iſta iudicia publica quia cuilibꝫ de populo competunt Et dic de iudicijs .i. de legi/ bus publicorum iudiciorum vel de ac/ cuſationibus publicorum iudiciorum vnde illa iudicia dicuntur publica que ex legibus iudiciorum publicorum ve/ niunt vt iulia maieſtatis Iulia de adul terijs Cornelia de ſiccarijs ⁊ veneficis. pompeia de paricidijs Iulia peculatus Cornelia de teſtamētis Iulia de vi pu/ blica Iulia de vi priuata Iulia ambitꝰ Iulia repetundarum Iulia de annona l. i. ꝟ. eo. Et publicorum iudiciorum que/ dam capitalia ſunt. quedam non capita lia. Capitalia ex quibꝰ pena mortis vel exilium eſt hoc eſt aque et ignis inter/ dictio Per has enim penas eximitur caput de ciuitate nam cetera non exilia ſed relegationes proprie dicuntur tunc enim ⁊ ciuitas retinetur Non capitalia ſunt ex quibus pecuniaria aut in cor/ pus aliqua coertio/ pena eſt. l. ij. ꝟ. eo.

## De accuſationibus et inſcriptionibus:

Dictum eſt ſ. de publicis iudicijs ve rum quia publica iudicia exercentur ꝑ accuſationem Ideo ponitur rubrica de accuſationibus Item quia in accuſatio nibus ponitur inſcriptio. ideo ſequitur de inſcriptionibus de quibus ꝟ. e. l. libel lorum et. l. ſicui. et vide qđ dixi. C. e.

## De cuſtodia et exhibitione reoꝝ:

Dictum eſt ſ. de accuſationibus veruꝫ quia accuſati cuſtodiunt et exhibentur Ideo ponitur hic iſta rubrica vide qđ dixi. C. de cuſtodia reo. et. C. de exhibē. et tranſmit. re.

## Ad legē iuliam maieſtatis:

Uide quod dixi. C. eo. et vide. l. i. ꝟ. eo. ⁊ dicit lex iulia quia a iulio inuenta eſt Maieſtatis āt qꝛ ſumma maieſtas ⁊ im/ perium vel poteſtas leditur. pena illoꝝ qui hoc crimen committunt habetur in l. eorum iunc. glo. ꝟ. eo.

## Ad legeꝫ iuliam de adulterijs et ſtupro:

Dictum eſt ſ. de publicis iudicijs in genere nunc ſequitur in ſpecie et pri mo incipit dicē de grauioribꝰ crimini/ bus. Et eſt ſm glo. rubrice hic adulte/ riuꝫ grauius alijs cum omne peccatum eſt extra corpus niſi fornicatio ſm aplꝫ hinc eſt ꝙ ſuper hoc crimen non licet tranſigere. C. de tranſac. l. tranſigere Et tradūtur precepta huius legis iulie de adulterijs ſ. de mino. l. auxiliū ⁊ dic ad legem iuliaꝫ ſcꝫ ſupplendam et interpre tandam et emendandam ſunt leges hu ius tituli ita dicit glo. rubrice hic.

## Ad legē iuliā de vi publica.

Ui. qđ dixi. C. ad iuliā de vi pub. et p/ uata. Et eſt vis publica cum armis. pri uata ſine armis.

## Ad legē iuliā de vi priuata:

Uide qđ dixi. C. ad legeꝫ iuliam de vi publi. et priua. Et eſt vis priuata ſine ar mis vt ſ. titu. proxi.

## Ad legem corneliām de ſiccarijs et veneficis:

Uide quod dixi. C. e.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## Ad legē pompeiā de paricidijs

Uide quod dixi.C.de his qui parētes et liberos occiderunt.

## Ad legem corneliam de falſis et de ſenatuſconſulto laboniano.

Uide quod dixi.C.e.de iſto ſenatuſconſulto laboniano Sciendum ꝙ eſt inuentum ad ſupplendam legem corneliā de falſis vt ptz in glo.rubrice hic.

## Ad legem iuliam repetundarum:

Glo.dicit ꝙ hodie dicimus repetendarum ſcꝫ pecuniarum vide quod dixi C.co.

## Ad legem iuliam de annona.

Hic ſciendum ꝙ lex iulia de annona ſtatuit penam aduerſus eum qui cōtra annonam fecerit ſocietatem ve coierit quo annona carior fiat De pena huius legis vide.l.annonam in fi.:.ff.ſ̃ de extraordi.crimini.et vide inſtit. de publi. iudi.

## Ad legem iuliam peculatus et de ſacrilegijs et reſiduis.

Uide quod dixi.C.ad.le.iuli.pecu.vbi etiam dixi de reſiduis et vide .C.ad le. iuliā de ſacrile.

## Ad legem iuliam de ambitu.

Uide quod dixi.C.eo.et.l.vnicam.ſ̃.eo.

## Ad legem fauiam de plagiarijs.

Uide quod dixi.C.e.

## Ad ſenatuſconſultum turpillianum et de abolitionibus:

Uide quod dixi.C.eo.et .C.de abolitio.

## De requirendis reis et abſentibus damnandis.

Uide quod dixi.C.de requiren.reis.

## De queſtionibus.

Uide quod dixi.C.eo.

## De penis.

Uide quod dixi.C.e.

## De bonis damnatorum:

Uide quod dixi.C.e.

## De bonis eorum qui ante ſententiam mortem ſibi cōſciuerint vel accuſatorem corruperint.

Uide quod dixi.C. de bonis eorum q̄ mor.ſibi ꝯſciue.et.C.de pe.iudi.qui male iudi.

## De interdictis et relegatis et deportatis.

Eſt autem relegare aliquem in inſulam vel alium locum mittere vt ibi propter delictum aliquod quod commiſit moram ad tempus faciat et debet ſe in loco tali delictis abſtinere alioquin pena augmentatur.ff.de pe.l. relegati Sꝫ deportare eſt in perpetuum mittere vi.de.l.relegatorum.ſ̃.eo.et dic de interdictis ſcꝫ quibus interdictum eſt ignis ⁊ aque.

## De ſententiā paſſis et reſtitutis:

Uide quod dixi.C.e.

## De cadaueribus punitorum.

Hic ſciendum corpora damnatorum ad mortem danda ſunt petentibus ad ſepulturam.l.fin.ſ̃.eo.et non aliter debēt corpora ſepeliri q̄ʒ ſi fuerit petitum et permiſſum. Item corpora eorum qui exurendi ſunt peti poſſunt ſcꝫ vt oſſa et cineres collecta ſepulture tradi poſſint l.ij.in.fin.ſ̃.eo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# Incipit liber xlix.

## De appellationibus ⁊ relationi/bus.

Dictum eſt ſ͂ de ſententiꝭs ſed quia per appellationes ſententie qn̄q; retra/ctātur ponit de eis vide quod dixi. C. e Queritur tamen hic quare introducta eſt appellatio Reſpondetur quia vſus eius eſt neceſſarius et frequens et cau/ſa neceſſitatis apparet ex eo ꝙ ꝑ appella tionez corrigit̃ iniquitas vel imperitia iudicantis licet tn̄ aliqn̄ videat̃ iudicē appellationis peiꝰ iudicare ꝗ; iudex a quo iudicauit ita habet̃ in. l. i. in ꝑn. ꝟ. e.

## A quibus appellare non licet.

Dictū eſt ſ͂ de appellationibus in gene re ſed quia ſūt nō nulli a quibus nō licz appellare Ideo ponit de eis. Circa hoc dicendū ꝙ a principe vel ſenatu nō ap/pellat̃. l. i. ꝟ. e. in prin. Item qui profitet̃ ſe a iudice nō prouocatur nō appellat ab eo. d. l. i. §. ſi quis. Item ſi imperator committat cauſam appellatione remo/ta non appellatur. alius tamen inferior non poteſt committere cauſam appella tione remota. d. l. i. §. fi. et vide in. c. ſuꝑ queſtionū in prin. ex̄ de offi. dele. Quid autem operetur cl'a appellatione remo ta in reſcriptis vide in. c. paſtoralis ex/tra de ap. in prin.

## Quis et a quo appellatur.

Dictū eſt ſ͂ a qbus nō licz appellar̄e nūc dicit a quo licz et qs appellat Vn̄ ſciē/dū ꝙ a iudice appellat̃ ad eū q eū dedit vel ſucceſſorē ſuū. l. i. in ꝑn. ꝟ. e. et h ꝓce/dit ſiue loquamur in eo q dedit iudicez delegatū. ſiue in eo q dedit iudicē ordia riū A vicario tn̄ ſeu officiali ꝑncipali q ordinariꝰ eſt nō appellat̃ ad illū q dedit illū ſed ad ſuꝑiorez ipiꝰ dantis. d. l. i. §. i. ſm vnum intellectū et habet̃ in. c. rho/mana in ꝑn. ex̄ de ap. li. vi. et in. c. nō pu tamus de conſue. e. li. et an a ſubdelega to appellatur ad primū delegātē vel ad ſubdelegantem vide in. d. l. i. §. i. et ibi ꝑ bar. et ꝑ canoniſtas in. c. ſuꝑ queſtionuz in. §. porro ex̄ de offi. dele.

## Quando appellandum ſit et in/tra que tempora.

Dictū ē ſ͂ qs et a quo appellat̃ ſꝫ ꝙ du bitari ꝑt qn̄ appellādū ſit ⁊ int̃ q tpa. de hoc ponit Circa hoc videndū an onus alicui iniūctū ſit munꝰ publicū au ͞cte ſꝫ vtilitate ꝑuatū tūc dz excuſari n̄ appel/lari. ſi xo publicū vtroq; mō dz appella ri. l. i. §. i. ꝟ. e. Itē cū ꝑnceps r̄ſcribit ⁊ ſm eius reſcriptū ſententiat̃ ꝑt appellari. d l. i. in prin. Itē a decreto electionis non a noiatione appellat̃ et ab ordine ap/pellat̃ ad ꝑ̄ſidem licz ipe eum noiauerit vel de collegio fuerit. d. l. i. §. ſolent vbi vide latiꝰ ꝑ bar. ⁊ dz appellari hodie in fra x. dies aut hodie. C. de appel. et in. c. qd̄ ad conſultationem extra de re iudi. quicquid dicat̃ in hoc titu. ⁊ eſt iſtud tē pus vniforme a quocūq; actu interpo/natur. d. l. i. §. quod in ſententiꝭs. ⁊ eſt vi tile quo ad initiū ſed continuū quo ad proceſſum. d. l. i. §. dies.

## De appellationibus recipiendis vel non.

Dictū eſt ſ͂ de appellatiōibꝰ et quia qn̄q; appellationes ſunt recipiēde qn̄q; nō de hoc ſubiꝭcit Hic dicēdū ꝙ nō ſo/lēt audiri appellātes niſi hi quorūz in/tereſt vel quibꝰ mādatū eſt vel q nego ciū alienū gerūt qd̄ mox ratū reꝰ habe/at. l. i. in ꝑn. ꝟ. e. et dz ratū hr̄e infra illud tp̄s infra qd̄ ꝑt appellare ſm gl. et bar. in. d. l. i. in xbo mox. Itez nō audiuntur appellātes ab int̃locutoria niſi qn̄ ſnia

intˀlocutoria nō pt reparí p appellatio/
nē intˀpoſitā a diffinitiua.l.ij.§.e.et vi.in
l.ij.C. de epiſ.audi. hoc pcedit de iure
ciuili.de iure canonico pt ab interlocu/
toria appellari ĩdiſtĩcte.c.vt delegatus
et.c.cū ceſſante ex̄ de ap.cū cōcor. Item
appellatiōe interpoſita ſiue ſit recepta
ſiue nō dz officiū iudicis conqeſcere.l.ſi
cuiᵒ.§.e.et appellatiōe nō recepta nihil
innouari dz et apl'i etiaz refutatorij ita
debent dari q̄ ptes q̄d in eis continet
intelligant.l.ſciendū.§.eo.

## De libellis dimiſſorijs qui dicun/ tur apl'i.

Dictū ē s̄ de ap.& q̄ appellātes dn̄t
petē apl'os ſeu libellos dimiſſorios.iō
ponit de his Hic ſciendū q̄ is qui ap/
pellat dz petere apl'os infra xxx.dies in
fra quos etiā debent ſibi tradi ⁊ niſi ap
pellās infra dictuz tp̄s petat preſumit
appellationi ſue renūciare etſi iudex n̄
tradit infra p̄dictū tp̄s requiſitᵒ cū de/
bita inſtantia cōgruo loco et tp̄e aut q̄
denegat expreſſe proceſſus eius poſtea
factᵒ eſt nullᵒ.c.ab eo de ap.li.vi.c.ſup
eo.extra de ap.et vi.in.l.vnica.§.eo.Et
hi apl'i vocant libelli dimiſſorij ſeu l'r̄e
dimiſſorie.d.l.vnica Currēt āt tp̄s xxx
diex ſeu incipit cū tp̄e appellationis in
terponende et ſic a tp̄e ſententie ſeu ſci
entie probatur in glo.ij.in.d.c.ab eo ſm
do.et tenet glo.in cle.ij.e.ti.et tenet gl.
in.l.vnica.§.e.Hoſt.aūt et pe.de ſom.te
nuerunt in.c.cordi.de ap.in.vi.q̄ cur/
rant a tempore appellationis interpoſi
te. De iſto ē deciſio rote.xliij.que inci/
pit Item fuit dubitatum.vbi recitatur
etiam diſtinctio Johan.de lig.in.c.dile
ctis extra de appella.et tandem colle/
ctor dicit obtentum q̄ ſeruaretur opi/
nio hoſt.tanq̄ equior et ita dicit pala/
cium obſeruare vide domi.in.d.c.ab eo
et ita etiā tenet genze.in.d.le.ij.& pau.
ibi tenet contra Et ne procedamus ex
ignotis Aduertenduz q̄ per apoſtolos
hic non debes intelligere petrū et pau/
lum ſed litteras dimiſſorias de quibus
remittit glo.Vbi apoſtoli in cle.ij.vbi di
cit Guil.q̄ apoſtolus in propoſito eſt
breuis forma inſtruens illum ad quem
appellatur comprehendens motum iu
dicis a quo appellatur et totius appel/
lationis circūſtantias Et dicuntur a/
poſtoli ab apos quod ē de et ſtolō miſ/
ſio quaſi dimiſſio cauſe quam facit iudex
Et quinq̄ ſpecies apoſtoloruz vide in
ſpe.de appella.parte quarta.§.ſequitur
nam ſunt cōuentionales teſtimoniales
delatorij refutatorij et reuerentiales et
ibi vide de illorum forma.

## Nil nouari appellatione pendē/ te.

Dictum eſt s̄ de appellationibus ſed
quia pendente appellatione nihil debz
innouari Ideo de hoc ponit rubricā et
dr̄ innouari appellatione pendente ſi
ſententia mandetur executioni vel ſi
quid ſimile attentetur ſm glo.i.in.l.v/
nica.§.e.Et pcedit rubrica ſiue appella/
tio fuerit recepta ſiue non.d.l.vnica in
princi.et dixi s̄ de appella.reci.vel non
Et declara rubricam niſi in his que p̄n
cipali iudicio pendente fieri non pote/
rant/que autem poſſunt fieri principali
iudicio pendente bene poſſunt attenta
ri pendente appellatione vt.l.poſtq̄.§.
imperator s̄ vt lege no.caue. Item in/
tellige rubricam q̄ nil poteſt attentari
per iudicem a quo appellatum eſt cu/
ius officium conquieſcit.ſed per iudi/
cem ad quē multa poſſunt attentari.C.
de appel.l.iij.

## Que ſententie ſine appellatōne reſcinduntur.

Vide qđ dixi.C.e. et hic p̲ totū.

**An per alium cauſe appellationum reddi poſſunt.**

Dictū eſt ſ̄ de appellatione et a quibus
et quando ſit appellandū ſequitur vide/
re per quos appellationis cauſe debeāt
exerceri. Breuiter dic ꝙ que cauſa per
aliū agi nō poteſt eius nec appellationē
per alium agi opȝ.l.i.in fi.ꝟ.eo. Unde in
cauſa pecuniaria poteſt appellatio p̲ pro
curatorem exerceri ſed non in crimina/
li ex qua ſolet pena ſequi vſqȝ ad rele/
gationem.d.l.i.

**Si tutor vel curator vel magiſtrat⁹ creatus appellauerit.**

Dic ad queſtionē rubrice ꝙ ſi qui ad
munera publica nominati appellauerint
nec cauſas probauerint dȝ ꝑtinere ad
periculuȝ ſuū ſi quid damni per moram
appellationis reipublice acciderit ꝙ ſi
apparuerit eos neceſſario ꝓuocaſſe pre
ſes vel princeps eſtimabit cui ſit aſcri/
bēdū damnum.l.i.ꝟ.e.glo.' dicit nomina/
to vel cuius dolo facta eſt nominatio
Et ſi tutor vel curator datus eſt in tu/
tela ſi prouocauerit et ante cauſam a/
ctam moriatur propter periculum me/
dij tpis ſucceſſores eius cauſas appella/
tionis neceſſe habent reddere.l.ij.ꝟ.e.

**Eū q̄ appellauerit ī prouīcia defēdi.**

Concor.l.i.ꝟ.eo.cuius hec ſunt verba
Eum qui appellauerit oportere in pro/
uincia defendi in alijs ſuis cauſis etiam
ſi appellationis cā peregrinet̄ et ſic in a/
lijs ſuis cauſis non tenetur reſpondere
in rhoma vel alibi vbi appellauit ſȝ in
prouincia vnde appellauit hoc tamen
preſtatur his qui abſunt cauſa reipubli
ce.l.ij.ꝟ.e.vide gl.vtrobiqȝ ne neceſſe ha
beant ſe defendere.d.l.ij.

**Apud euȝ a quo appellatur aliā cauſam agere compellendum.**

Dictū eſt ſ̄ de appellatiōibus qb⁹ int̄
poſitis conquieſcit officiū iudicis a quo
vt ſ̄ nil no.ap.pen.et quia dubitari pōt
vtrum conquieſcat in omni cauſa. Unū
ſciendum ꝙ appellatione pendente con
quieſcit officium iudicis a quo in eadē
cauſa in qua eſt appellatum ſed non in
alia vnde tenetur eundē iudicem habe
re in alia cauſa nec poteſt obijcē ꝙ non
debeat ad offenſum iudicem experiri.l.
vnica.ꝟ.eo.et hoc cū habet ibi domiciliū
ſm glo.ibi. Et hoc procedit ſine ſcrupu
lo de iure ciuili.ſed de iure canonico vi
detur ſecus per.c.propoſuit et.c.ad hec
i.extra de appella. ſed Johan.an.in.d.c.
ad hec intelligit iſtud ſi cauſa ſuſpitiōis
ꝓponitur et probatur coram arbitris co
ram quibus debebit ſe probare graua/
tum a iudice propter quod appellauit ⁊
ꝙ iudex illud grauamen intulit ſcien/
ter certe iſtud facit eum ſuſpectuȝ ſed ſi
ſimpliciter probetur appellatum nō ſuf/
ficit de quo ibi vide p̲ doc.latius.

**Si pendente appellatione mors interuenerit.**

Vi. qđ dixi.C.e.et in.l.vnica.ꝟ.e.

**D iure fiſci.**

Glo.ru.ꝯtinuat Jura ꝑuatoꝝ dixit nūc
audi fiſcalia Vel ſic dixit in libro ſupio
ri de crimib⁹ q̄ p̲ bona venīūt ad fiſcuȝ
Jdeo de hoc et alijs iuribus fiſci dicit
vt.ꝟ.e.l.i.vide quod dixi .C.e.li.x.

**De captiuis et poſtliminio reuerſis et redemptis ab hoſtibus.**

Vide quod dixi.C.e.

**De re militari.**

Vide quod dixi.C.e.li.x. Unum tamē
ſcienduȝ ꝙ milites prohibentur predia
cōparare in his prouincijs quibus mili
tant preterqȝ ſi paterna eorū fiſcus dis/
trahat.l.milites.i.ꝟ.eo.et miles turbator
pacis capite punitur.l.fi.in fi.ꝟ.e.et vi/
de glo.in.l. deſertorem.§.pena.ꝟ.e.ꝙ mi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

les non patitur penas ſimiles que ple/
beis cōueniunt Et ideo hodie de con/
ſuetudine non ſuſpenduntur etiam ex
delicto quo plebeius ſuſpenditur. Itez
qui ſeditionem atrocem militum conci/
tauit capite punitur Item qui prepoſi/
tuz ſuum protegere noluerint vel deſe/
ruerint occiſo eo capite puniuntur. l. iij
§ pe. et vl. ꝟ. e. Item qui illicite arma a/
miſit in bello vel alienauit capite puni
tur. d. l. iij § miles.

### De caſtrenſi peculio.

Uide quod dixi . C. de epiſco. et cleri. ⁊
C. de caſtren. pecu. omnium pala. li. xij.
et s̄ de pecu.

### De priuilegijs veteranoꝝ.

De priuilegijs veteranorum vide in
l. i. C. de vetera. li. xij. et quod ibi dixi in
rubrica et ꝟ. e. ꝑ totum.

## Incipit liber l.

### Ad municipales et de incolis.

Sic cōtinuatur Quattuor ſunt cogni/
tiones ſcz de re pecuniaria aut de exti/
matione aut de crimine capitali aut de
munerib⁹ et honorib⁹ vt. l. cognitionuz
in pn. ꝟ. de va. et ex̄oꝛ. cogni. De trib⁹ ꝑ/
mis eſt dictū s̄. ſequit̄ vidē de q̄rta ſcz
de munerib⁹ et honorib⁹ veꝝ ꝙ p̄dicta
indicunt̄ ciuibus et incolis Iō p̄mittit
titulū ad municipales et de incolis De
materia Quis ſit municeps ⁊ q̇s incola
et quis ciuis vide qđ dixi. C. de incolis
li. x. et vi. pulcrā gl. i. l. ciues. C. de inco.

### De decurionib⁹ et filijs eoꝝ.

Glo. rubrice cōtinuat Dixit de mēbris
nūc de capite Quid aūt ſit decurio dic
vt. ꝟ. de ꝟ. ſig. l. pupillus § decuriones et
quod dixi. C. e. li. x.

### De albo ſcribendo.

Dictū eſt s̄ de decurionibus. quoꝝ
noīa ſcribūtur in albo Ideo ponit de
albo ſcribendo. i. quo ordine in albo de
bent decuriones ſcribi. Hic aduertēdū
ꝙ albū pretoris eſt quedaz tabula deal
bata que ponebantur in curte vel turri
pretoris in loco cōmuni in quo ſcribe/
bantur et ponebant̄ noīa vocatorū ad
iudicium et ad eius inſtantiaz citati ſūt
et ibi etiā proponebantur ſtatuta et e/
dicta pretoris in groſſa littera ita ꝙ ab
omnibus legi poſſent et erat certa pe/
na contra illū qui delebat iſtud vel cor/
rumpebat quod ſcriptum erat in albo
quia punitur in quinquaginta aureis
s̄ de iuriſ. omni. iudi. l. ſi quis id. et vide
inſtl. de acti. in § penales vbi glo. dicis
quid ſit album quia dicit ꝙ erat quedaz
dealbatio poſita in loco eminenti et vi
de in auc. de litigi. § communem et vide
gl. in verbo albo in ꝯe. i. de iudi. Et e/
rat triplex albū vnum in quo ſcribebā/
tur edicta pretoris. d. l. ſi quis. aliud in
quo ſcribebantur citationes de quo in
d. § communem. tertium in quo ſcribebā
tur nomina decurionum de quo in hoc
titulo Unde ſciendū ꝙ ita debent ſcri/
bi decuriones in albo vt lege municipa
li precipitur ſed ſi lex ceſſat tunc digni/
tates erunt ſpectande vt dignioꝛ ꝑmo
ſcribat̄. l. i. in prin. ꝟ. e. et in ſnijs dicen/
dis idē ordo ſeruād⁹ ē quēadmođ ī albo
ſcribendo dictū ē. d. l. i. fi. et dn̄t ān ſcribi
q̄ dignitates a ꝑncipe ꝯſecuti ſūt. l. fi. ꝟ. e.
et vi. in. c. ꝑ tuas ex̄. de ma. et. obe.

### De muneribus et honoribus.

Glo. rubrice continuat Dixit de muni/
cipibus et eoꝝ ꝑmatibus. nunc de ho/
noribus et oneribus eis imponendis.
de materia vide quod dixi. C. de mune
ri. et hono. non conti. inter pa. et fi. li. x.
et vide ibi. glo. in. l. i. et vide. C. de mu/
ne. patri. li. x. et. C. quēadmodum ci. mu
ne. indi. li. x. Uide tamen bar. in. l. i. ꝟ. eo
qui dicit ꝙ perſonalia ſunt etiaz q̄ de/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

feruntur ex lege alicuius ciuitatis vel ex conſuetudine ſi habet curam perſone tm̄ Ex quo notat ꝙ licet ſtatuta non recipiant interpretationem extenſiuaꝫ actiue tamen bene recipiunt interpretationem paſſiue quia leges cõmunes ſe extendunt ad ſtatuta vnde ſi ſtatutum dicat ꝙ filiusfa. poſſet facere teſtamentum certe lex extendit ſe ad illud vt intelligatur ꝙ faciat legitime ⁊ vt omnes leges teſtamentarie habebũt locũ in eo et ſic de ſilibus.

## De vacatione et excuſatione munerũ.

Vide quod dixi. C. de va. mune. li. x. et. C. de excu. mune. li. x.

## De iure emunitatis.

Quero quomodo differt iſte titulus a precedenti Reſpondet glo. rubrice ibi ad munera/ hic ad euitandos honores datur licꝫ quedã leges diuerſis modis in vtroqꝫ titulo ponant᷑ Vel ibi de ſubeundis. hic de euitandis Dyñ. dicit ꝙ in titulo precedenti tractatum fuit de cauſis excuſationum ſeu vacationũ hic de perſonis que excuſationem petunt De materia vide quod dixi. C. qui eta. ſe. excu. et pluribus titu. ſe. li. x. et hic ꝑ totum.

## De legationibus.

Vide quod dixi. C. e. li. x.

## De adminiſtratione rerum ad ciuitatem pertinentium.

Hic ſciendum quod illud qđ ad certam ſpeciem ciuitatis relinquitur in alios vſus cõuertere non licet. l. i. §. e. in pn. vnde pecunia data ciuitati ad frumenti cõparationem non poteſt in aliũ vſum conuerti ꝗꝫ ſit deſtinata. d. l. i. § ad frumenti Item legataꝫ municipio pecuniam in aliam rem ꝗꝫ defunctus voluit cõuertere citra principis auctoritatem non licꝫ vide ſimileꝫ tex. in cle. ꝯ. de religi. domi.

## De decretis ab ordine faciẽdis:

Hic ſciendum ꝙ de iure communi ordo ciuitatis hoc eſt priores ſeu anciani vel conſiliarij poſſunt conſtituere ſalarium medicis et non permittitur hoc preſidi. l. i. §. e. et quid ſit decretum vide quod dixi. C. de predi. mino. ſine de. nõ alienan. et vide glo. in verbo tractatus in. c. i. de re. eccle. non alie. in. q. que ponit quid ſit decretum quid auctoritas quid cõſenſus ſiue collaudatio Et ordo non aliter habetur ꝗꝫ duabus partibus adhibitis. l. lege. §. eo. Item quod ſemel ordo decreuit non debet reſcindi niſi ex cauſa id eſt ſi ad publicam vtilitatem reſpiciat reſciſio. l. quod ſemel. §. eo. Item illa decreta que non legitimo numero decurionum facta ſunt nõ valent l. ij. §. eo.

## De operibus publicis:

Vide quod dixi. C. e.

## De nundinis.

Vide quod dixi. C. e. vide tamen. l. i. §. e ꝙ qui nundinis impetratis a principe non vtitur per decennium amittit. vide tamen ibi latius in glo. quanto tempore amittatur priuilegiũ vide in. c. cuꝫ acceſſiſſent per glo. et doc. ex̄ de conſti.

## De pollicitationibus.

Quid aũt ſit pactum et quid pollicitatio Dic pactũ eſt duorũ conſenſus atqꝫ conuentio Pollicitatio vero offerẽtis ſolius promiſſuꝫ. l. pactum. §. eo. et an ex pollicitatiõe agatur vide quod dixi. C.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de pac.et in.c.iij.extra de pac.et in.l.i.₰.
i.et ibi glo.ꝟ.eo.vbi etiam dī qu. actio/
ne.et de differentia inter iſta. vide qđ
dixi.C.de pac.et glo.in verbo polliceoꝛ
in cle.vnica de iureiuran.et vide.l.ij.in
₰.i.ꝙ patreſſa.puberes obligātur vo/
to.filiuſſa.enī vel ſeruus ſine patris dn̄i
ve auctoꝛitate nō obligatur voto etſi ē
impubes nec cuꝫ auctoꝛitate patris ob
ligatur ſm gl. Hoc de filio intellige in
rebus quia in pſona bene poteſt ſe obli
gare voto ſine auctoꝛitate patris.l.fi.₰.
i.C.de epiſ.et cle. Item ſi quis rem ali/
q . . vouerit voto obligatur que res p
ſonaꝫ vouentis non rem que vouetur
obligat.

## De varijs et extraoꝛdinarijs cog/ nitionibus etſi iudex litem ſuam fe/ ciſſe dicatur.

Hic ſciēdū ꝙ iſte titulus tractat mul
tos caſus in quibꝰ iudicis officiū iplo/
raꝛ pro cōſtituēda mercede ſeu ſalario
alicuiꝰ laboꝛis vn̄ doctoꝛibꝰ liberaliū ar
tiū et medicis obſtetricibꝰ conſtituiꝛ ſa
lariū officio iudicis.l.i.in prin.ꝟ.e. Iteꝫ
medicꝰ eſt ꝗ alicuiꝰ ptis coꝛpis vel cer
ti doloꝛis ſanitatē pollicetꝛ nō tn̄ ſi in/
cantauerit vel impcatꝰ eſt vt ſi exoꝛciſa
uit nō ſūt iſta medicine genᷓa.ꝺ.l.i.₰.me
dicos ſꝫ pfeſſoꝛibꝰ iuris ciuilis nō cōſti
tuiꝛ ſalariū ex̄ oꝛdinē officio iudicis qꝛ
ſanctiſſima res eſt ciuilis ſapientia que
precio nūmario eſtimanda non ſit.ꝺ.l.i.
₰.proinde et vide.₰.diuus in.ꝺ.l.i.ꝙ li/
cet aduocatus non poſſet aduocationē
adimplere p caſum foꝛtuituꝫ in eius p/
ſonam contingenteꝫ tamen totum ſala
riū debet habere vide ibi latius p bar.
qui late iſtum.₰.examinat et dicit eum
ſolennem. Et poteſt aduocatus pro ſin
gulis cauſis recipere centum floꝛenos
et non plus.ꝺ.l.i.₰.ſi cui cautum eſt.ver
ſi.licita in quo.₰.vide an et quando ad/
uocatus poteſt paciſci cum cliente. Et
vide.l.medicus.ꝟ.e.contra medicos qui
dant mala medicamēta vt in maius pe
riculum egri incidant vt ſic aliquid ab
eis extoꝛqueāt pro ſanitate quia iudex
cognoſcet et ex officio compellat extoꝛ/
tuꝫ reſtitui. et dicuntur extraoꝛdinarie
cognitiones quādo oꝛdinaria cognitio
ſeu actio nō eſt prodita ſed equitas ſua
det agere et iudicis officium imploꝛa/
re et quia iſte cognitiones extraoꝛdina
rie ſunt varie et multe vt patꝫ per to/
tuꝫ hic Ideo ſic intitulatur de va.et ex
traoꝛ.cogni. De ſecunda pte rubꝛice vi
delꝫ etſi iudex litem ſuaꝫ feciſſe dicatur
vide in.l.fi.ꝟ.eo. vbi tex. ſic inquit ſi iu/
dex litem ſuam fecerit non pꝛopꝛie ex
maleficio obligatus videtur ſed quia
nec ex cōtractu obligatus et vtiqꝫ pec
caſſe aliquid intelligitur licꝫ per impꝛu
dentiaꝫ ideo videtur quaſi ex maleficio
teneri in factuꝫ actione et in q̄ntū de ea
re equū religioni iudicantis viſum fue/
rit penaꝫ ſuſtinebit et habet locū in oꝛ/
dinario et in delegato et arbitro cōpro
miſſario ſm glo.fi.in.ꝺ.l.fi. ſed non ha/
bet locū in arbitratoꝛe ſi male iudicaue
rit per imprudentiam ſed tenetur ſi ma
le iudicauerit per dolum vel lataꝫ cul/
paꝫ et eſt lata culpa errare in iure.l.late
ꝟ.de ꝟ.ſig.ſm bar.

## De proxeneticis.

Eſt auteꝫ proxeneta qui inquirit vo
luntates aliquoꝛum vel ad matrimonia
vel ad contractus vel ad amicitias fa/
ciendas vel ſimilia Et conſtituitur ei
ſalarium extra oꝛdinem officio iudicis
ita dicit glo. rubꝛice Et dicitur proxe/
neticuꝫ ſalariuꝫ proxenete.l.i.ꝛ ibi glo.
ꝟ.eo.et tenetur proxeneta de dolo ꝛ lata
culpa.l.ij.ꝟ.eo.

## De cenſibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hic ſciendum q̄ cenſus tributū pu/
blica pēſitatio idem ſunt vide in.l.ſi ac/
cipitur.C.ſi ꝓpter pub.penſi.et vide gl.
in.l.i.in verbo pendāt ꝰ de publi. ⁊ qđ
dixi.C.ſine cenſu vel reliquis et ibi vi.
in.l.ij.et fi.Circa vnum tamen aduertē
dū q̄ ſicut italici tributa ſeu cenſum nō
preſtant vt.C.de epiſ. et cle. ibi de his
ita nec iſte prouincie de quibus in.l.fi.
ꝟ.eo.vbi vide.§.in germania cuius hec
ſunt v̄ba In germania inferiori agrip/
pinenſes iuris italici ſunt et idem dicit
§.precedens de viennenſibus ⁊ vi.etiā
l.i.et per totum qui ſunt qui non tenen
tur ad tributum ſeu cenſum.

## De verborum et rerum ſignifica/ tione.

Glo.rubrice cōtinuat.Omne ius quo
vtimur ꝑtinet vel ad perſonas vel ad
res vel ad actiones de quibus dictum
eſt in hoc volumine pādectaꝝ ſed quia
in his vertuntur multe dubitationes
circa verborum et rerum expoſitiones
et interpretationes Ideo de hoc ponit
et dic q̄ verbū alias ſtricte eſt pars ora
tionis ſed hic large ſumitur pro quali/
bet parte orationis.ſic et rei verbū qđ
ſequitur in rubrica eſt generale Et di/
cit glo.q̄ verba ſignificāt actiue ſed res
paſſiue.nam verba ſignificant et res ſi/
gnificantur Et eſt ſignificare demon/
ſtrare rem de qua queritur proprio no/
mine ei attributo.ſed hic largius ſumi/
tur vt etiam ſi non proprium nomen in
terueniat ſed quocunq̄ modo deſignet
vide quod dixi.C.e.et hic per totū.

## De regulis iuris.

Sic continuatur quia non eſt nouum
vt quibuſdam ſpecialiter enumeratis
generaliter regula ponatur vt.l.ſi ſer/
uus ſeruum.§.inquit lex ꝫ ad le.acquili.
Ideo hic iuriſconſultus quia ſupͣ po/
ſuit de iure ciuili et iure pretorio .nunc
ſubijcit eoꝝ regulas.Eſt autē regula q̄
rem que eſt breuiter enarrat.l.i.ꝟ.eo. nō
vt ex regula ius ſumatur ſed ex iure
quod eſt regula fiat per regulam.igitur
breuis rerum narratio traditur.l.i.ꝟ.eo.
Et eſt omnis regula ſiue diffinitio ꝑicu
loſa et parum eſt quod nō ſubuerti poſ/
ſet.l.omnis diffinitio.ꝟ.eo. et dicuntur
periculoſe diffinitiones ſeu regule quia
patiuntur exceptiones et verecundiam
plerūq̄ faciunt alleganti ſm glo.in.d.l.
l.omnis:que etiam dicit q̄ quedā ſunt
regule que non patiuntur exceptiones
quas vide ibidem et vide glo. rubrice
extra e.li.vi.et ibi ꝑ totū.ꝟ.eo.

# Expliciunt expoſitio nes titulorum libroꝝ digeſtoꝝ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf